D τοῦ ἰδίου στρατοῦ ἐποντίσθη. Διομήδης δὲ ὁ τοῦ Τυδέως υἱὸς εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν καταπλεύσας οὐκ ἐδέχθη, ἀλλὰ διωχθεὶς ὑπὸ Αἰγιαλείας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς καὶ τῶν πολιτῶν κατέφυγεν εἰς Καλαβρίαν. κτίζει οὖν πόλιν ἐκεῖ, ἣν ἐκάλεσεν Ἀργυρίππην, τὴν μετονομασθεῖσαν Μαλεβέντον, εἶτα καὶ Βενεβέντον, καὶ ἐν αὐτῇ οἰκεῖ ἔχων καὶ τὸ Παλλάδιον, ὅπερ ἔλαβεν ἐκ Τροίας.

Ὅτι Ὀρέστης μετὰ τὴν μητροκτονίαν εἰς μανίαν περιέπεσε λυσσώδη, καὶ ποτὲ μὲν ἐν ἀνέσει διῆγε, ποτὲ δὲ τὰ ἔξοχων ἐπετέλει. ἀγαπώντων δὲ αὐτὸν τῶν πολιτῶν εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται,
P 134 καὶ δέχεται χρησμὸν τοιοῦτον "Ὀρέστα, οὐκ ἄλλως σε δεῖ ἀργαλέης νόσου μανίην ἀποθέσθαι, εἰ μὴ περάσας Πόντου κύματα

dit. nam ea cum inaudivisset Agamemnonem apud Troiam Casandra uti, mortem marito sic est machinata, ut reversum veste undiquaque contexta indueret, subornato qui eum sic deprehensum iugularet Aegistho; cui et statim nupsit. at filius Agamemnonis Orestes, qui puer a patre ad bellum Troianum proficiscente ad Schoeneum fuerat educatum missus, re comperta domum reversus suam matrem una cum Aegistho interfecit regnumque recuperavit.

Menelaus cum Helena in Aegyptum eiectus, vix tandem Spartam cum rediisset, Agamemnonis casu cognito in magna solicitudine vitam exegit. Aiax Oilei F. una cum suo exercitu fluctibus est marinis obrutus. Diomedes Tydei F. cum ad suam urbem revectus esset mari, non est admissus: sed ab Aegialea uxore sua et civibus repulsus in Calabriam confugit, ibique urbem Argyripam condidit, et eam habitavit, secum etiam Palladium tenens, quod apud Troiam nactus fuerat. ea urbs postea Maleventum ac rursus Beneventum est denominata.

Orestes post perpetratam matris caedem in rabiosam incidit insaniam; quae aliquando remittebat, alio tempore vehementius vexabat. civibus ergo instantibus Delphos profectus tale oraculum accepit.

Oresta, non aliter vaesania gravi
te liberari fata concedunt deum,
quam Pontici transvectus undas aequoris

Σκυθίης γαῖαν καταλάβῃς Αὐλίδος τε χώραν. ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος ληφθεὶς σωθήσῃ ἐκ τῶν βωμῶν. κἀκεῖθεν ἐκφυγὼν ἀπὸ χθονὸς βαρβάρων χθόνα περάσας καταλάβῃς Συρίης γαῖαν. αὐλῶνος Σιλπίου ὄρους ἄντικρυ εὑρήσεις Μελάντιον τοὔνομα ἔχον ὄρος, ἔνθα μέγας ἐστὶ ναὸς Ἑστίας. ἐκεῖ λυσσώδη μανίαν ἀποτίθει. θᾶττον οἴχνει. ταῦτ' ἔφην ἃ γίνεται." ταῦτα σημειωσάμενος Ὀρέστης, εὐθέως ἀναπλεύσας ἅμα τῷ Πυλάδῃ, ἔφθασαν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα χώραν τῆς Σκυθίας. τὴν Ποντικὴν τοίνυν θάλασσαν διαπεράσαντες, καὶ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο τῆς ἠπείρου πεζεύσαντες, B ὁρῶσιν ὡς μέλαθρα θεᾶς καὶ ἔξωθεν ἀνθρώπων ὀστέα ἐρριμμένα, ἃ καὶ Κρουστέμια ἐγχώριος καλεῖ γλῶσσα. καὶ τί δράσαιεν ἐβουλεύοντο. τρέχουσι βουκόλοι πρὸς τὴν Ἰφιγένειαν, "ἥκουσι" φάσκοντες "δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν." ἐκείνη δέ, τίνες καὶ ποταποί, καὶ τίνα τούτοις ὀνόματα, πρῶτον ἐρωτῶσα τοὺς ξένους, καὶ περὶ Ἀγαμέμνονος τοῦ πατρὸς καὶ περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου ἐξήταζεν. εἶτα δεσμοῦνται τοῦ θύεσθαι. καὶ τὸν μὲν Ὀρέστην εἰς τὴν ἑξῆς, Πυλάδην δὲ τῷ βωμῷ τῆς Ἀρτέμιδος παρεστήσατο. καὶ ἡ Ἰφιγένεια ποίας ἂν εἴη χώρας ἐπύθετο καὶ ποίας πόλεως. "χώρας μὲν Ἑλλάδος" ἔφη, "Μυκήνης δὲ πόλεως C ἄθλιος πάρειμι." ἡ δὲ τὴν πόλιν αὐτῆς καὶ τὴν χώραν ἀκούσασα ἐδάκρυσεν, ὑποπτεύσασα δὲ ὑπὸ τῶν βουκόλων αὐτὸν ἀκοῦσαι τὰ περὶ αὐτῆς "τίς" ἔφη "βασιλεὺς Μυκήνης; τίς δὲ ἡ τούτου γυνή;

Scythicas in oras Aulidemque veneris.
hic ad Dianae constitutus victima
altare, salvus barbaricum fugiens solum,
terram Syrorum transmisso attinges mari,
quae Silpii montis convallem oppositam habet.
hic reperies montem nomine Melanthium
Vestaeque fanum nobile vetustae deae.
ibi tu rabiosam depones insaniam.
abi cito hinc: quae sint futura, diximus.

eo annotato Orestes statim comitatus Pylade in Scythiam navigavit et Aulidem pervenit. ergo cum Pontico mari traiecto terrestri itinere ad miliaria duo progressi essent, templum divae cernunt, forisque ossa hominum proiecta, quae indigenae sua lingua crustemia nominabant. hic ipsis quid facto usus esset consultantibus, pastores ad Iphigeniam accurrunt, duosque nuntiant iuvenes mari advectos esse. ea primum nomina hospitum, ac cuii, scitatur, simul de Agamemnone patre suo et Troiano bello, exploratis eorum indiciis. inde ii ut deae victima fiant vinciuntur; reservaturque in proxime insequentem diem Orestes, Pylades ad aram Dianae constituitur. percontata est eum Iphigenia cuias esset. Graecum se esse respondit domo, patria Mycenaeum. illacrimavit ea nomine gentis et urbis suae audito: suspicata tamen, eum de ipsius rebus aliquid ex pastoribus inaudivisse, quaesivit porro quis rex Myce-

τίνα δὲ τέκνα;" "Ἀγαμέμνων" εἶπε "πρώην, γυνὴ δὲ Κλυται-
μνήστρα, τέκνα δέ οἱ Ὀρέστης καὶ Ἠλέκτρα καὶ Ἰφιγένεια, ἣ
ὡς λέγουσι θυσία Ἀρτέμιδι προσήχθη, ῥυσθεῖσα δὲ ὑπὸ τῆς
θεοῦ ἕως ἄρτι ποῦ ἐστὶν οὐκ ἐγνώσθη· ἔσχε δὲ καὶ Χρυσόθεμιν
καὶ Λαοδίκην θυγατέρας." ἡ δὲ ἀκούσασα κελεύει τοῦτον αὐτίκα
λυθῆναι τῶν δεσμῶν. καὶ γράψασα δίπτυχον ἐπιδέδωκεν αὐτῷ,
D εἰποῦσα "ἰδοὺ τὸ ζῆν σοι ἡ θεὸς δωρεῖται δι' ἐμοῦ. ἐπόμνυθί
μοι κατ' αὐτῆς ὅτι τὸ δίπτυχον τοῦτο ἐπιδίδως τῷ Ὀρέστῃ, καὶ
κομίζεις μοι παρ' αὐτοῦ γράμματα." ὁ δὲ ἐπώμνυτο καὶ τὸ
γράμμα διδόναι αὐτῷ εἰς χεῖρας καὶ αὐτὸν ἄγειν Ὀρέστην πρὸς
αὐτήν. εἰληφὼς δὲ τὸ δίπτυχον ἐξῆλθε τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐλθὼν
ὅπου Ὀρέστης ἐφρουρεῖτο ᾐτήσατο τοὺς φρουροὺς Σκύθας, καὶ
εἰσελθὼν ἐπεδίδου τὴν πυκτὴν οὕτως εἰπών "ἴθι τὸ τάχος πρὸς
Ἰφιγένειαν τὴν σὴν ἀδελφήν." ἔμενον οὖν ἐννεοὶ οἱ Σκύθαι πρὸς
τὸ συμβάν. καὶ δὴ αὐτίκα πρὸς Ἰφιγένειαν εἰσῆλθον ἀμφότεροι,
καὶ ὁ Πυλάδης "ἴδε" ἔφη "Ὀρέστης ὁ σὸς ἀδελφός." ἡ δὲ οὐκ
P 135 ἐγνώρισεν αὐτόν, ἕως τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σήμαντρον τὴν
ἐλαίαν εἶδεν ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ δεξιῷ. περιπτυξαμένη τε αὐτὸν
ἐκέλευσεν ἑλκυσθῆναι τὰ πλοῖα αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, καὶ
ὅλον αὐτοὺς μεῖναι τὸν χειμῶνα παρ' αὐτῇ. θέρους δὲ γενομένου
λάθρᾳ Ὀρέστης καὶ Πυλάδης τὸ ὁλόχρυσον ἄγαλμα Ἀρτέμιδος
καὶ αὐτὴν ἀνελόμενοι τὴν Ἰφιγένειαν ἀπέδρασαν μεθ' ὧν ἀπῆλθον
πλοίων. καὶ τὴν Διαβηνὴν περάσαντες ἦλθον πρὸς ἀνατολὴν ἐπὶ

**narum, quae eius uxor, quae proles. ad haec Pylades pridem Agamemnonem ibi regnum obtinuisse; eius uxorem Clytaemnestram, liberos Orestem Electram Iphigeniam (hanc famam ferre Dianae pro victima oblatam, ab ea neci subtractam fuisse, neque hactenus cognitum esse ubinam locorum agat) ac praetereà Chrysothemin atque Laodicen. his auditis Iphigenia Pyladem statim vinculis solvi iubet, literisque conscriptis eas ipsi tradit, ita fata. "vitam tibi dea per me donat: per eam tu mihi iura literas has Oresti te redditurum, ab eoque responsum relaturum." iuravit se et literas in manus Orestis traditurum et hunc ad ipsam adducturum. acceptisque literis fano egressus eo venit ubi Orestes custodiebatur; impetratoque a Scythis aditu, tabulam Oresti tradidit, his verbis "i quam primum ad Iphigeniam, sororem tuam." obstupuerunt audito hoc casu Scythae. illi ambo recta ad Iphigeniam se contulerunt. ac Pylades "ecce" inquit, "hic Orestes frater tuus." non tamen eum Iphigenia agnovit ante quam signum Pelopei generis oleam in dextro humero vidit. tum eum amplexa naves subduci in navale iussit, ipsosque secum totam eam hiemem detinuit. aestate facta Orestes et Pylades clam simulacro Dianae, quod ex solido erat auro, ipsaque assumpta Iphigenia, quibus advecti fuerant navibus aufugerunt; traiectaque Diabena ad ortum solis ad Emet Saracenicum appulerunt, indeque**

τὸ Σαρακηνικὸν Ἔμετ, κἀκεῖθεν ἐπὶ Τρίκωμιν τῆς Παλαιστίνης. καὶ δὴ Ὀρέστου μανέντος οἱ Τρικωμῖται ἱερὸν μέγα τῇ Ἀρτέμιδι κτίσαντες ἠξίουν τὴν Ἰφιγένειαν, ὡς ἱέρειαν τιμῶντες αὐτήν, θυσιάσαι κόρην παρθένον τῇ θεῷ. καὶ δὴ ἄγουσι νέαν, Νύσσαν B ὀνόματι, ἣν καὶ ἐθυσίασεν Ἰφιγένεια. καὶ στήλην χαλκῆν στήσαντες Νύσσαν τὸν τόπον ὠνόμασαν. τοῦ γοῦν Ὀρέστου τὰς φρένας ἀναλαβόντος ἡ Ἰφιγένεια ὄναρ εἶδεν, ἔλαφον λέγουσαν αὐτῇ "φύγε ἀπὸ τῆς χώρας ταύτης." εὐθὺς οὖν φυγόντες τὴν παράλιον καταλαμβάνουσι Παλαιστίνην, κἀκεῖθεν εἰς Συρίαν καὶ τὸ Μελάντιον ὄρος. καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἑστίας κατὰ τὸν χρησμὸν εὑρηκὼς Ὀρέστης καὶ θυσιάσας τῆς χαλεπῆς ἀπήλλακται μανίας. εἶτα τὸν Ὀρόντην περάσας ἐπὶ τὸ Σίλπιον ὄρος ἦλθε, καὶ τοὺς Ἀργείους Ἰωνίτας ὡς συγγενεῖς ἀσπασάμενος δι᾽ αὐτῶν εἰς τὸ παράλιον τῆς Παλαιοπόλεως πρώην λεγομένης, νῦν δὲ Σελευκείας, C παρεπέμφθη. κἀκεῖθεν ναῦν εὑρηκὼς ἕως Ἑλλάδος διέβη. καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἠλέκτραν εἰς γάμον τῷ Πυλάδῃ ζεύξας, ἕως θανάτου τῆς τῶν Μυκηνῶν βασιλεύει χώρας. Θόας δὲ τότε τοπάρχης ὢν Σκυθίας εἰς καταδίωξιν Ἰφιγενείας διὰ τὸ ἄγαλμα Σκύθας πλείστους ἀπέστειλεν· ἐπεὶ δὲ εἰς Τρίκωμιν ἐλθόντες ἔμαθον ἀποπλεῦσαι τοὺς διωκομένους, ἐκεῖ ἔμειναν, καὶ πόλιν τὴν λεγομένην Σκυθόπολιν οἰκοδομήσαντες οὐκέτι ὑπέστρεψαν.

Αἰνείας παρὰ Διομήδους ἐν Καλαβρίᾳ ξενωθείς, ἐπεὶ ἀποφοιτᾶν ἔμελλεν, ᾔτεῖτο λαβεῖν τὸ Παλλάδιον παρ᾽ αὐτοῦ. πρὸς

ad Tricomin Palaestinae. ibi cum Orestes fureret, Tricomitae magnum Dianae fanum condiderunt; Iphigeniamque, quod eam ut sacerdotem honorarent, rogaverunt uti deae virginem puellam immolaret. adduxeruntque puellam nomine Nyssam, quam Iphigenia hostiam mactavit. ibi aerea columna posita loco Nyssae nomen indiderunt. Oresta tum sanitati mentis restituto, Iphigenia per insomnium est a cerva admonita ut hanc terram fugeret. statimque fugientes maritimam Palaestinam tenuerunt. inde in Syriam et ad montem Melantium delati sunt, ubi Orestes ex oraculo fanum Vestae repperit, ac sacris operatus difficili est liberatus insania. inde Oronte fluvio traiecto ad Silpium montem pervenit; salutatisque Ionitis Argivis utpote propinquis suis, ab iis ad portum Seleuciae, quae antiquitus Palaeopolis fuit nominata, deductus navemque ibi nactus in Graeciam transmisit. hic tradita in matrimonium Electra sua sorore Pyladi, Mycenaeorum regnum usque ad vitae finem gessit. Thoas autem Scythiae regulus propter simulacrum permultos Scythas misit, qui Iphigeniam persequerentur. hi cum Tricomin pervenissent, indeque eos quos insequebantur abiisse intellexissent, ibi remanserunt, urbeque, cui Scythopolis est nomen, condita domum reversi non sunt.

Aeneas in Calabria usus Diomedis hospitio, iam discessurus, ab eo Palladium petiit. respondit Diomedes ex eo tempore, quo primum cum

D ὃν ἐκεῖνος "ἐξ οὗ" φησί "τὴν ἀρχὴν τοῦτο μετὰ Ὀδυσσέως τῆς Ἰλίου ἀφειλόμην, οὔτε ἐμοὶ οὔτε τῷ ὑπ' ἐμὲ στρατῷ θλίψεις ἐπέλιπον ἕως ἄρτι καὶ συμφοραί. διὸ καὶ ἐπυθόμην τῆς Πυθίας περὶ αὐτοῦ, ἣ καὶ ἀνεῖλεν ἀποδοῦναι αὐτὸ τοῖς Τρωσί." ταῦτα Διομήδης εἰπών, καὶ θυσάμενος τῷ θεῷ, ἐκβαλὼν εὐθὺς τὸ Παλλάδιον τῷ Αἰνείᾳ δωρεῖται. τοῦτο λαβὼν Αἰνείας πρὸς τὸν τότε τοπαρχοῦντα Ἰταλίας Λατῖνον ἐφορμᾷ, καὶ κατὰ τῶν Ῥουτύλων σὺν αὐτῷ ἐκστρατεύει. ἐν ᾧ πολέμῳ Λατῖνος ὁ Τηλέφου υἱὸς ἀναιρεῖται. Αἰνείας δὲ στρατὸν συναγηγερκὼς κατὰ τῶν Ῥουτύλων πολεμεῖ, καὶ τούτους τρεψάμενος, τὴν θυγατέρα Λατίνου
P 136 Ἀλβανίαν καὶ τὴν βασιλείαν λαβών, πόλιν κτίζει μεγάλην, Ἀλβανίαν καλέσας· ἐν αὐτῇ τὸ Παλλάδιον ἀπέθετο. καὶ αὐτὸς μετὰ Λατῖνον ιθ' ἔτη βασιλεύσας τελευτᾷ.

Μετ' αὐτὸν δὲ Ἀσκάνιος Ἰοῦλος, υἱὸς Αἰνείου ἀπὸ Κρεούσης Τρωάδος, τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικός, ἔτη λε'· ὃς καὶ τὴν Λαβινίαν κτίσας πόλιν, αὐτόσε τὸ βασίλειον καὶ τὸ Παλλάδιον ἀπὸ τῆς Ἀλβανίας εἰς τὴν Λαβινίαν μετέθηκε τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ.

Λαβινίας δὲ ἦρξεν Ἄλβας ὁ υἱὸς Ἀσκανίου ἔτη λε'· ὃς καὶ κτίζει τὴν πόλιν Σίλβαν, ἐξ οὗ καὶ οἱ βασιλεῖς Σίλβιοι ἐκαλοῦντο. οὗτος δὲ πάλιν ὁ Ἄλβας τὸ Παλλάδιον ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ
B πόλει Σίλβῃ ἐκ τῆς Λαβινίας μετήγαγε πόλεως. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐκεῖ βασιλεύουσι κατὰ διαδοχὴν οἱ Αἰνειάδαι ἔτη τλα'. Εὔανδρος δὲ καὶ Πάλας οἱ τοῦ Αἰνείου υἱοί, τὴν καλουμένην Βαλέντα ἐπαρ-

Ulysse Palladium Ilio abstulisset, se atque exercitum suum continentibus malis atque calamitatibus fuisse vexatum; et cum eius rei causa Pythiam consuluisset, iussum fuisse Troianis id reddere. his dictis deo rem sacram fecit, Aeneamque deprompto Palladio donavit. Aeneas cum Palladio ad Italiae dominum Latinum profectus cum eo adversum Rutulos expeditionem facit. eo in bello Latinus cecidit. Aeneas autem exercitu collecto Rutulis bellum facit, iisque pulsis filiam Latini Albaniam uxorem et regnum consecutus urbem magnam exstruit, nomine Albaniam, inque ea Palladium collocat. ipse regno post Latinum annos 19 functus moritur.

Post hunc Ascanius Iulus, Aeneae ex Creusa Troiana, prima uxore, filius regnum annos 35 gessit. is urbem Laviniam condidit, eoque regiam et Palladium transtulit.

Laviniae rexit Albas Ascanii F. annos 35. is urbem Silvam condidit, unde etiam reges Silvii denominati sunt. is quoque Palladium Lavinia in urbem a se conditam Silvam traduxit. ibi deinceps Aeneadae ordine regnaverunt annos 331. Evander autem et Palas Aeneae filii,

χίαν ἰθύνοντες, οἶκον οἰκοδομοῦσι πάνυ μέγαν καὶ θαυμαστὸν καὶ τοιοῦτον, ἐξ ἐκείνου πάντα βασίλειον οἶκον παλάτιον ὀνομάζεσθαι.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι εἰς τρία διαιροῦσι τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας, εἰς καλάνδας, εἰς νόννας καὶ εἰς εἰδοῦς. καὶ αἱ μὲν καλάνδαι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ μηνὸς μέχρι τῆς θʹ ἡμέρας, αἱ δὲ ἀπ' αὐτῆς νόνναι μέχρι τῆς ιεʹ ἡμέρας, εἰδοῖ δὲ αἱ μέχρι τῆς λʹ ἡμέρας καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ μηνός, ἥτις καλεῖται ἕνη καὶ νέα παρὰ τῷ κωμικῷ Ἀριστοφάνῃ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ τοῖς λοιποῖς. εἰδοῖ δὲ καλοῦνται αἱ μέχρι τῆς λʹ, ὅτι τηνικαῦτα ἀρχομένη τῆς ιϛʹ εἰδοποιεῖ- C ται παντελῶς ἡ σελήνη, εἶτα φθίνει.

Μετὰ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀρδέως ἐβασίλευσαν Λυδῶν ἕτεροι ηʹ ἕως Κροίσου τοῦ ὑπερηφάνου καὶ Κύρου βασιλέως Ἀσσυρίων. ἐβασίλευσε δὲ ὁ αὐτὸς Κροῖσος ἔτη ιεʹ. κατέσχεν οὖν ἡ βασιλεία Λυδῶν τὰ ὅλα ἔτη σλβʹ. Κροῖσος δὲ ὑπέταξε πάσας τὰς πλησίον αὐτοῦ βασιλείας, καὶ τὰ πόρρωθεν αὐτοῦ λαμβάνει. ἐμήνυσε δὲ καὶ Κύρῳ ἐᾶσαι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ ἀναχωρῆσαι, ἢ δέξασθαι τὴν παρουσίαν τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολεμοῦσαν. ὁ δὲ Κῦρος ἀντεῖπεν αὐτῷ διὰ τῶν πρέσβεων "τί γὰρ ἠδίκηταί παρ' ἐμοῦ ὁ Κροῖσος, τοσαύτην γῆν ἀφεστηκὼς ἀπ' ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν βασιλείων;" καὶ ἀδημονῶν ἐβουλεύσατο φυγεῖν ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν D χώραν, δεδοικὼς τὴν εὐτυχίαν Κροίσου. ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ οὕτως ἀθυμοῦντα καὶ ἐπερωτήσασα, καὶ μαθοῦσα παρ' αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα, λέγει αὐτῷ ὡς ἐπὶ Δαρείου τοῦ πρώτου μου

2 ὥστε ἐξ?

eum provinciam Valentem gubernarent, domum aedificarunt mole et structura mirabilem. inde obtinuit ut regiae Palatia nominentur.

Romani dies mensis in tres partes digerunt, in Kalendas, in Nonas et in Idus. Kalendae a mensis principio usque ad nonum diem durant, inde Nonae ad decimum quintum usque diem pertinent. sequuntur Idus usque ad diem trigesimum et mensis initium, quod Ene Kaenea ab Aristophane comico, Hesiodo et reliquis appellatur. Idus autem nomen inde habent, quod ab earum initio lunae forma (eidos forma est Graeco sermone) omnino perficitur, atque ea exinde deperit.

Post Ardyn octo Lydorum reges fuerunt usque ad Croesum superbum et Cyrum Assyriorum regem. regnavit Croesus annos 15. duravit regnum Lydorum annos omnino 232. subegit Croesus omnia et vicina et longinqua regna. quin et Cyro significavit ut is suo regno decedat, alias se ipsi bellum facturum. respondit Cyrus per legatos "ecquid iniuriae Croeso abs me ortum est, qui a me et regno meo tantum terrae abstulit?" interim animi anxius, et felicitatem Croesi metuens, in Indiam fugere cogitabat. ceterum uxor eum ita aegrum animo videns, caussamque scitata et edocta, indicavit vivente Dario suo priore marito va-

ἀνδρὸς ἦν τις ἀνὴρ Ἑβραῖος προφήτης, σοφίαν ἔχων θεοῦ, ὀνόματι Δανιήλ, ὅντινα ἐν πολλῇ τιμῇ εἶχε Δαρεῖος ὁ βασιλεύς, οὗ χωρὶς οὐδὲν ἔπραττεν ἐν τοῖς πολεμίοις· ὅστις μετὰ τὴν τελευτὴν ἐκείνου πλούσιος ὢν καὶ γεγηρακὼς ἰδίαζεν εἰς τὴν Μαραβίτιδα χώραν. ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας ταῦτα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ, ὅπως μετὰ τιμῆς ἀγάγωσιν αὐτόν. ὁ δὲ Κροῖ-
P 137 σος βασιλεὺς Λυδῶν ἐπιλεξάμενός τινας τῶν οἰκείων αὐτοῦ, δοὺς αὐτοῖς δῶρα εὐτελῆ καὶ ἄλλα δῶρα βασιλικά, ἀποστέλλει αὐτοὺς ἐν Δελφοῖς εἰς τὸ Ἀπόλλωνος μαντεῖον, εἰρηκὼς αὐτοῖς "ἀλλάξατε τὰ σχήματα, καὶ ἀνέλθετε εἰς τὸ μαντεῖον, καὶ ἐπίδοτε εὐτελῆ δῶρα τῷ ἱερεῖ, λέγοντες ὅτι Αἰγύπτιοί ἐσμεν, καὶ ἤλθομεν ἐπερωτῆσαι τὴν Πυθίαν, καὶ ἐκ τοῦ τῆς ὁδοῦ μήκους ἐληθαργήσαμεν τί ἤλθομεν αἰτῆσαι ἢ ἐπερωτῆσαι. ἀλλ' εὖξαι, καὶ ἐπερώτησον τὸν θεὸν διὰ τί ἤλθομεν. καὶ εἰ μὲν εἴπῃ ὑμῖν διὰ τί ἤλθετε, δότε καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ βασιλικὰ δῶρα, καὶ εἴπατε τῷ ἱερεῖ εἰ νικῶ τὸν βασιλέα Περσῶν τὸν Κῦρον. οἱ δὲ ποιήσαντες οὕτως
B ἐπηρώτησαν τὸν ἱερέα· ὃς εὐξάμενος ἔλαβε τὴν ἀπόκρισιν ταύτην παρὰ τῆς Πυθίας "οἶδα ψαμμῶν ἀριθμὸν θαλάσσης τε μέτρα, οὐ λαλέοντος δ' ἀκούω καὶ κωφοῦ ξυνίημι. παίζειν δέ με πειρᾶται Κροῖσος βασιλεὺς καὶ οἱ τούτου Λυδοί." καὶ ἐξελθὼν ὁ ἱερεὺς εἶπεν αὐτοῖς "οὐκ ἐστὲ Αἰγύπτιοι ἀλλὰ Λυδοί, καὶ οὐκ ἐληθαργήσατε, ἀλλὰ παίζοντες τὰ θεῖα εἴπατε." καὶ ἐπέδωκεν αὐ-

tem quendam fuisse Ebraeum, divina sapientia praeditum, nomine Danielum: eum a rege in summo fuisse honore habitum, neque regem nisi cum eo communicata re quicquam in bello egisse. hunc, mortuo Dario, cum et ad senectam aetatem et ad magnas opes pervenisset, in Marabitidem regionem profectum ibi privatam vitam agere. Cyrus hoc audito principes suos ad Danielum mittit, qui eum honorifice adducerent. interea Croesus Lydorum rex quosdam suorum familiarium deligit, iisque et vulgaria et simul regia dona dat, Delphosque eos amandat ad oraculum Apollinis. mandabat autem ut habitu mutato oraculum intrarent, sacerdotique viliora dona offerrent, dicentes se esse Aegyptios consultumque Pythiam venisse, verum ex itineris longitudine sibi, cuius rei causa perquirendae profecti essent, ex animo effluxisse: ipse proinde votis conceptis ex deo, cur adessent, sciscitaretur. quodsi sacerdos causam ipsorum adventus edixisset, regia etiam Croesi nomine dona offerrent, indicarentque sacerdoti Croesum quaerere anne Cyrum Persarum regem esset superaturus. illi imperata exsecuti sunt. sacerdos votis peractis hoc responsi a Pythia accepit:

est mensura maris, numerus mihi notus arenae:
elinguis animi sensa et cognosco tacentis.
sed mihi rex Croesus cupiuntque illudere Lydi.

egressus sacerdos "non estis" inquit "Aegyptii, sed Lydi; neque oblivione capti, sed animo divina illudendi adestis." simul eis oraculum in

τοῖς τὸν χρησμὸν γράψας ἐν διπτύχῳ. οἱ δὲ ἐκπλαγέντες ἐπέδω-
καν καὶ τἄλλα βασιλικὰ δῶρα τῷ ἱερεῖ, εἰπόντες αὐτῷ ὅτι Κροῖ-
σος ὁ βασιλεὺς ἔπεμψεν ἡμᾶς, ἐπειδὴ πόλεμον ἔχει πρὸς Κῦρον
τὸν βασιλέα Περσῶν, καὶ μάθε εἰ νικᾷ αὐτόν." εἰσελθὼν οὖν
πάλιν ὁ ἱερεὺς καὶ εὐξάμενος ἔλαβε τὸν χρησμὸν τοῦτον "Κροῖσος C
ὁ βασιλεὺς Ἅλυν ποταμὸν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει." καὶ
γράψας τὸν χρησμὸν τοῦτον ἐν διπτύχῳ ἀπέλυσε πρὸς Κροῖσον.
ὁ δὲ προφήτης Δανιὴλ ἦλθε πρὸς τὸν βασιλέα Κῦρον, καὶ λέγει
αὐτῷ Κῦρος "εἰπέ μοι εἰ νικῶ Κροῖσον τὸν βασιλέα Λυδῶν." ὁ
δὲ Δανιὴλ ἀνεβάλλετο τοῦ εἰπεῖν. καὶ ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ
Κῦρος ἔβαλεν αὐτὸν καὶ οὗτος εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ
μή τι πεπονθότα ὑπ' αὐτῶν ἀνήγαγεν αὐτόν. καὶ προσέπεσεν
αὐτῷ ὁ Κῦρος λέγων "ἥμαρτον εἰς σέ, ἀλλ' εὖξαι τῷ θεῷ καὶ
εἰπέ μοι εἰ δύναμαι πολεμῆσαι τῷ ἅρπαγι τούτῳ καὶ ὑπερηφάνῳ D
Κροίσῳ, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ὑπέταξε καὶ οὐ κορέννυται." καὶ ὁ
Δανιὴλ εὐξάμενος εἶπεν αὐτῷ "καὶ νικᾷς τὸν Κροῖσον καὶ λαμβά-
νεις αὐτὸν αἰχμάλωτον· περὶ σοῦ γὰρ εἶπεν ὁ θεὸς ὁ ποιήσας
πάντα τὰ ὁρώμενα ταῦτα, διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· οὕτως
λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς
δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασι-
λέων διαρρήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτῷ, πορεύσομαι καὶ ὁμα-
λιῶ, καὶ θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συν-
θλάσω, καὶ θησαυροὺς ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ

tabula scriptum tradidit. Lydi attoniti rei miraculo sacerdoti reliqua etiam regia dona obtulerunt: exposueruntque missos se a Croeso rege, qui bellum contra Cyrum regem Persarum haberet: interrogaret ergo deum an Croesum victoria maneret. ingressus in sacrarium sacerdos et precatus hoc oraculum rettulit:

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

idque in tabula scriptum exhibens legatos ad Croesum dimisit. Danielus vero ad Cyrum est profectus; ab eoque interrogatus an Croesum esset victurus, cum responsum differret, indignantis regis iussu est in foveam leonum proiectus. nihil a leonibus mali passum Cyrus educi iussit; genibusque eius advolutus, peccatumque suum confessus, oravit uti deo invocato sibi diceret an bellum gerere posset contra Croesum, raptorem illum atque superbum regem, qui omni terra suo regno subiugata, tamen contentus non esset. Danielus deo invocato ita respondit Cyro "et vinces Croesum, et eum captivum habebis. sic enim de te deus, qui, quaecumque videntur, omnia creavit, ore Isaiae vatis pronuntiavit. haec dicit dominus Cyro uncto meo, cuius dextram apprehendi, ut ei gentes subdam, perrumpam robur regum, aperiam ianuas ante eum: praecedam eum, et complanabo montes; fores aereas conteram, et vectes ferreas confringam. aperiam tibi thesauros nunquam visos, ut cognoscas me

P 138 κύριος ὁ θεός. ἐγὼ ἐγερῶ αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης· πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἀποστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐ μετὰ δώρων. εἶπε κύριος Σαβαώθ." ὁ δὲ βασιλεὺς Κῦρος ἀκούσας ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας τοῦ Δανιήλ, λέγων "ζῇ κύριος ὁ θεός σου, ἐγὼ ἀπολύσω ἐκ τῆς γῆς μου τὸν Ἰσραήλ, ἵνα λατρεύσωσι τῷ θεῷ αὐτῶν ἐν Ἱεροσολύμοις." καὶ ὁπλισάμενος παρετάξατο τῷ Κροίσῳ. ὁ δὲ Κροῖσος ἀκούσας τὴν τοῦ χρησμοῦ ἀπόκρισιν ἐξῆλθε κατὰ Κύρου μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ παρελθὼν τὸν Ἅλυν ποταμὸν τῆς Καππαδοκίας συνέκρουσε τῷ Κύρῳ, χειμῶνος ὄντος πολλοῦ. B καὶ ἡττηθεὶς ἠθέλησε φυγεῖν, πλημμυρήσαντος δὲ τοῦ ποταμοῦ οὐκ ἠδυνήθη καὶ ἐλήφθη αἰχμάλωτος. καὶ ἀπώλετο τὰ πλήθη αὐτοῦ, χιλιάδες τετρακόσιαι. τοὺς δὲ ὑπολειφθέντας ἅμα τῷ Κροίσῳ ἔλαβεν αἰχμαλώτους ὁ Κῦρος. καὶ στήσας αὐτὸν ἐν ξυλίνῳ τρίποδι, ἐν ὕψει δεδεμένον, ἐθριάμβευσεν αὐτὸν καὶ κατήγαγεν ἐν Περσίδι. ὁ αὐτὸς Κῦρος ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἀπέλυσε πάντας ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα μετὰ Ζοροβάβελ, καθὼς προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. οὐκ ἠθέλησαν δὲ ἐξελθεῖν οἱ Ἰουδαῖοι πάντες μετὰ Ζοροβάβελ, εἰ μὴ σκῆπτρα δύο ἥμισυ μόνον, ὡσεὶ χιλιάδες πεντήκοντα. ἔμειναν δὲ εἰς τὰ Περσικὰ ἰδίᾳ C προαιρέσει σκῆπτρα ἐννέα ἥμισυ, φοβηθέντες τὰ ἔθνη τὰ πέριξ τῆς Ἰουδαϊκῆς χώρας. ἀπέλυσε δὲ αὐτοὺς τοῦ Δανιὴλ αἰτησαμένου.

Μετὰ δὲ τὸ ἀπολέσθαι τὴν βασιλείαν Λυδῶν οἱ Σάμιοι

esse deum dominum. ego eum excitavi iustitia praeditum: omnes eius viae rectae. ipse urbem meam aedificabit, et populum meum captivum in libertatem ac patriam restituet, non accepto pretio aut mercede, ait dominus exercituum." his auditis Cyrus ad pedes Danieli concidit, iuravitque per vitam dei se populum Israelicum ex sua dicione dimissurum, ut is Hierosolymis deo suo cultum exhibeat. simul exercitu armato adversus Croesum duxit. sed Croesus oraculi responso accepto cum magnis copiis contra Cyrum est profectus, amnemque Cappadociae Halyn traiecit, multa tum hieme. ceterum commisso praelio Croesus victus, cum fugam tentaret, impeditus amnis exundatione vivus in hostium potestatem venit. quadringenta milia de Croesi exercitu caesa sunt, reliqui cum eo capti. eum in ligneo tripode collocatum Cyrus in triumpho in Persidem abduxit. idem Cyrus omnes Israelicos captivos dimisit, ut duce Zorobabelo Ierusalemam repeterent, sicut suo loco dicetur. noluerunt autem universi Iudaei cum Zorobabelo in patriam redire, sed eum tantum duae tribus ac dimidia secutae sunt. reliquae 9 s. tribus ultro in Persia manserunt, metu gentium Iudaeae circumiectarum. dimisit autem Iudaeos Cyrus Danieli rogatu.

Regno Lydorum everso Samii maris imperio potiti istis regionibus

θαλασσοκρατοῦντες ἐβασίλευσαν τῶν μερῶν ἐκείνων. καὶ ἀκούσας μετὰ χρόνον ὁ Κῦρος ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ναυμαχίᾳ ἡττήθη καὶ ἔφυγε, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐσφάγη. περὶ οὗ πολέμου Κύρου καὶ Σαμίων Πυθαγόρας ὁ Σάμιος συνεγράψατο· ὅς καὶ εἶπεν αὐτὸν ἐκεῖ τεθνάναι εἰς τὸν πόλεμον.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν Κύρου ὁ υἱὸς αὐτοῦ Δαρεῖος ὁ καὶ Καμβύσης καὶ οἱ λοιποὶ ἐβασίλευσαν Ἀσσυρίων. ἐπὶ τῶν χρόνων οὖν τῆς βασιλείας τοῦ τοιούτου Δαρείου ἐφιλοσόφει παρ' Ἕλλησιν Ἀναξίμανδρος, ὅς καὶ τὰς ἰσημερίας καὶ τὰς τροπὰς ἐξέθετο. D ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας τὴν ἀριθμητικὴν συνεγράψατο, καὶ δόγμα παρεισήγαγεν Ἕλλησιν ἀσωμάτους εἶναι ἀρχάς. ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ Δαρείου υἱοῦ Κύρου πόλεμος ἐκινήθη ἀπὸ τῶν Αἰθιόπων κατ' αὐτοῦ, οἵτινες κακῶς αὐτὸν ἔφερον. ὅπερ γνόντες οἱ ἐν τῇ Μηδιανῇ χώρᾳ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι ἀφέντες κατέλαβον τὴν Ἱερουσαλήμ· ἦν δὲ πλῆθος πολὺ τῶν Ἰουδαίων. καὶ μαθὼν τοῦτο Δαρεῖος ὁ Κύρου ἀπέστειλε στρατηγὸν αὐτοῦ, ὀνόματι Ὀλοφέρνην, μετὰ δυνάμεως πολλῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα κατὰ Ἰουδαίων· καὶ P 139 ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλήμ. καὶ συνέβη τι φοβερὸν τότε γενέσθαι. Ἰουδὶθ γὰρ Ἑβραία ἐμηχανήσατο κατὰ τοῦ Πέρσου Ὀλοφέρνου προσποιητῶς ὡς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων θέλουσα προδοῦναι· ἥτις καὶ παρεγένετο κρυπτομένη πρὸς Ὀλοφέρνην, ὅς ἑωρακὼς τὴν εὐμορφίαν αὐτῆς εἰς ἔρωτα ἔπεσεν αὐτῆς. ἡ δὲ λέγει αὐτῷ "μηδένα ἐάσῃς ἐνταῦθα ἔγγιστά σου εἶναι δι' ἐμέ· ἐπέρχονται γάρ μοι,

imperaverunt. quod cum postea temporis Cyrus cognovisset, expeditionem adversus Samios fecit; ab iisque navali pugna victus, cum in suum regnum fuga pervenisset, ibi interfectus est. huius inter Cyrum ac Samios belli historiam conscripsit Pythagoras Samius; qui et hoc habet, in ipso bello Cyrum occubuisse.

Cyro successit Darius filius, qui et Cambyses cognominatur; ac reliqui ordine, alius alii suffecti, regnum in Assyrios tenuerunt. hoc Dario regnante apud Graecos Anaximander philosophatus est, qui aequinoctia ac solstitia exposuit. quin etiam Pythagoras arithmeticam conscripsit, auctorque Graecis fuit opinionis de principiis incorporeis. idem rex ab Aethiopibus bello impetitus graviterque vexatus est. quod cum animadvertissent Iudaei qui in Media habitabant captivi, quorum ingens erat multitudo, eo deserto Hierosolyma occupaverunt. Darius Cyri ubi ea de re certior factus est, Olophernem cum magno exercitu contra Hierosolymam et Iudaeos misit, atque is Hierosolymam obsedit. eo tempore terribile facinus est factum. Iuditha enim Ebraica mulier, insidias Olopherni tendens Persae, clam ad eum se contulit, simulans se gentem Iudaeam velle prodere. barbarus pulchritudine eius captus, amore statim correptus est. at vero Iuditha eum monere ne quem suo-

πορνεῦσαί με βουλόμενοι." καὶ πεισθεὶς μόνος διῆγε μετ' αὐτῆς. τρεῖς δ' ἐκεῖ αὕτη προσκαρτερήσασα ἡμέρας, ὡς καθεύδει, ἰσχύ- B σασα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀφείλετο, καὶ νυκτὸς κατὰ τὸ εἰωθός, δι' οὗ ἀπήρχετο πρὸς αὐτὸν παραπυλίου, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα εἰσελθοῦσα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπήγαγε· πλησίον γὰρ τοῦ τείχους δι' αὐτὴν τὸν παπυλεῶνα αὐτοῦ ἔστησε. λαβόντες οὖν οἱ Ἰουδαῖοι παρ' αὐτῆς τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὀλοφέρνου εἰς κοντὸν ἄνω τοῦ τείχους ἔπηξαν, ἐπιδεικνύντες αὐτὴν τῷ στρατῷ αὐτοῦ. πρωίας δὲ γενομένης ἑωρακότες τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου κοντευθεῖσαν ἔφυγον ἅπαντες, καὶ διελύθη ὁ πόλεμος, καὶ ἔλαβον τὴν νίκην οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τῶν Περσῶν.

Μετὰ δὲ Δαρεῖον ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων Ἀρταξέρξης. καὶ Νεεμίας Ἰουδαῖος ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβίδ, ὃς παρρησίαν ἔχων πρὸς αὐτόν (ἠγάπα γὰρ αὐτόν, ὅτι καὶ ἀρχὴν εὐνούχων οὗτος ἐποίησεν), ἐδυσώπησεν αὐτόν· καὶ λαβὼν χρήματα πολλὰ ἔπεισεν C αὐτὸν ἀπελθεῖν καὶ κτίσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ πορθηθεῖσαν· πρώτη γὰρ αὕτη τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅλωσις ἦν καὶ τοῦ ἱεροῦ καταστροφή. ὁ δὲ Νεεμίας ἀπολυθεὶς ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ ἀνήγειρεν αὐτήν· ἔκειτο γὰρ ἔρημος ἔτη ο΄. ὁ δὲ αὐτὸς Ἀρταξέρξης παρακληθεὶς ὑπό τινων τῶν τῆς συγκλήτου αὐτοῦ καὶ τοὺς ὑπολοίπους Ἰουδαίους ἀπέλυσε. καὶ ὃς ἂν ἐβουλήθη τότε ἀνελθεῖν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, ἀνῆλθε μετὰ Ἔσδρα τοῦ προφήτου καὶ ἡγουμένου, ᾧ τινὶ καὶ τὰ ἱερατικὰ σκεύη ἀνέθετο καὶ τὰς βίβλους τὰς ἱερατι-

6 παραπυλεῶνα P

rum circa se haberet. se enim ab iis de stupro appellari. Olophernes fidem mulieri adhibens solus cum ea vixit. ipsa triduo ita tolerata, noctu capta occasione dormientis caput amputavit; ac more suo per portulam egressa qua ad ipsum ventitaverat, Hierosolyma caput eius pertulit: nam portulam Iudithae causa urbi vicinam barbarus fecerat. Iudaei Olophernis caput conto impactum de muro extulerunt, id exercitui hostili ostendentes. sub auroram Persae viso ducis capite in conto exstante fugam fecerunt, ac soluta obsidione victoria penes Iudaeos fuit.

Post Darium Artaxerxes regnum in Assyrios tenuit. exstitit tunc Neemias Iudaeus, a Davido genus ducens. hic regem, quem ipsi libere compellare licebat, cum quidem ab eo diligeretur atque etiam eunuchis esset praefectus, permovit eo ut rex magnam pecuniam ad Hierosolymorum instaurationem largiretur, ipsumque ad eam rem conficiendam dimitteret. primo tum fuerant Hierosolyma diruta templumque eversum. ac urbs desolata iacuerat annos iam 70. Neemias autem dimissus eam instauravit. idem Artaxerxes, instigantibus quibusdam consiliariis, reliquos etiam Iudaeos dimisit; ac qui voluerunt, ii duce Esdra vate in patriam redierunt. eidem rex etiam sacra vasa et libros sacerdotales

κὰς τὰς εὑρεθείσας. ὁ δὲ αὐτὸς Ἔσδρας τῶν μὴ εὑρεθέντων βιβλίων ἐξ ὑπομνήσεως αὐτοῦ γράφεσθαι ἐποίησε τὴν δύναμιν.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἐβασίλευσεν ἡ Μακεδονία χώρα, D
ἐν ᾗ πρῶτος ἐβασίλευσε Κραναὸς ἔτη κη', καὶ λοιποὶ ἄλλοι βασιλεῖς κγ' ἕως Φιλίππου τοῦ πατρὸς Ἀλεξάνδρου. ἦσαν δὲ τότε Ἑλλήνων διδάσκαλοι καὶ ποιηταὶ Σοφοκλῆς, Ἡράκλειτος, Εὐριπίδης, Ἡρόδοτος, Σωκράτης καὶ ὁ μέγας Πυθαγόρας. ἦν δὲ ὁ Ἡρακλῆς γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἀνωτέρω προειρημένοις χρόνοις, ἐν τῇ Λάτῳ τῆς Θήβης, ἐκ τοῦ γένους τῆς Ἀλκμήνης ὑπάρχων καὶ τοῦ Πίκου Διός· ὃς ἀνετράφη ἐν τῇ Ἱσπανίᾳ χώρᾳ, καὶ ἀνδρεῖος γενόμενος ἦν τότε ἀπὸ τῶν Ἱσπανῶν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν φυγών, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ ἔτη λη'. ὅστις ἔλαβε γυναῖκα τὴν Λύτβην P 140
τὴν Ἀτλέτου βασιλέως θυγατέρα· ὅθεν καὶ στήλας αὐτῷ χρυσοσφυρήτους ἀνέστησαν οἱ Ἰταλοὶ βασιλεῖς εἴτ' οὖν ῥῆγες ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ, αἵτινες στῆλαι μέχρι τοῦ παρόντος ἵστανται. τῆς δὲ Ἰταλίας ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Αὐγῆς, Τέλεφος, καὶ μετ' αὐτὸν υἱὸς αὐτοῦ Λατῖνος ἔτη ιη', ὃς τοὺς Κτηταίους ἐπωνόμασε Λατίνους.

Τότε Αἰνείας ὁ τοῦ Ἀγχίσου, ὁ Φρύξ, φεύγων ἐκ τῆς πορθήσεως τῆς Ἰλίου ἀνῆλθεν ἐν τῇ Λιβύῃ πρὸς τὴν Φοίνισσαν Διδὼ τὴν καὶ Ἔλισσαν. καὶ ἐνδιατρίψας ἐκεῖ, λάθρᾳ ἐάσας αὐτήν, φοβηθεὶς τὸν Ἰάρβαν βασιλέα τῆς Ἀφρικῆς ἔφυγεν. ἦν δὲ ἡ B
Διδὼ ἐκ μικρᾶς πόλεως Χαρτικῆς, τῆς Φοινίκης παραλίας οὔσης,

tradidit. idem Esdra eorum librorum qui non exstabant ex memoria sua describendi copiam fecit.

Eo tempore in Macedonia regnum fuit. id primus Cranaus annos 28 tenuit. inde alii 23 reges usque ad Philippum Alexandri patrem. erant tunc Graecorum doctores atque poetae Sophocles Heraclitus Euripides Herodotus Socrates et magnus iste Pythagoras. et erat Hercules, supra commemoratis temporibus natus in Lato Thebarum, prognatus Alcmena et Pico Iove. is Hercules in Hispania educatus, cum virilis esset, ex Hispania profugus, tunc in Italiam venit, in eaque regnum annos 38 tenuit. is accepit uxorem Lytbam, Aletae regis filiam. itaque ei Itali reges ab ipso procreati columnas ex auro ductas posuerunt, quae etiamnum stant. post ipsum Italiae regnum tenuit ipsius ex Auga filius Telephus; et post hunc Latinus filius annos 18, qui Ctetaeis nomen Latinorum fecit.

Eo regnante Aeneas Anchisae filius Phryx ab excidio Troiae fugiens in Africa pervenit ad Didonem Phoenissam mulierem, quae et Elisa dicitur; ibique cum aliquamdiu esset commoratus, ab Iarba rege Africae sibi metuens, clam relicta Didone aufugit. erat Dido oriunda Charticha, exigua et maritima Phoeniciae urbe, quae fines Tyri ac Si-

μεταξὺ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος· ἥτις Διδὼ ἦν πλουσιωτάτη, ἔχουσα ἄνδρα Σιχαῖον, ὃν ἐφόνευσεν ἐν κυνηγεσίῳ ὁ ἀδελφὸς τῆς Διδοῦς ὁ Πυγμαλίων, διαφθονούμενος αὐτῷ ὡς πολυπύρῳ καὶ δυνάστῃ. καταδιώκοντες γὰρ σύαγρον ἔφιπποι, ἤλασεν ἐκ τῶν ὄπισθεν κατ' αὐτοῦ τὸ δόρυ καὶ ἀπέκτεινε, καὶ λαβὼν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἔρριψε κατὰ τοῦ κρημνοῦ. καὶ ὑποστρέψας εἶπε τοῖς διαφέρουσιν αὐτῷ ὅτι ἐκρημνίσθη διώκων τὸν σύαγρον. ἐβούλετο δὲ ὁ αὐτὸς Πυγμαλίων καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν διαχειρίσασθαι καὶ
C λαβεῖν τὰ χρήματα αὐτῆς· ᾗ τινὶ Διδοῖ ἐφάνη ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Σιχαῖος ἐν ὁράματι, καὶ εἶπεν ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἐφόνευσέ με, δείξας αὐτῇ καὶ τὸν τόπον τῆς πληγῆς. καὶ εἶπεν αὐτῇ "φύγε, μὴ καὶ σὲ φονεύσῃ." καὶ λοιπὸν ἡ αὐτὴ Διδὼ λαθοῦσα τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἀνελάβετο πάντα χρήματα αὐτῆς, καὶ ἐμβᾶσα εἰς πλοῖον ἀπέπλευσεν ἐκ τῆς Φοινίκης, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ κτίζει τὴν Χαρτάγαιναν, ἥτις ἐστὶ Νεάπολις· καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ, καὶ τελευτᾷ σωφρόνως ζήσασα.

Ὁ δὲ Διομήδης ὑπῆρχεν ἐξ Αἰτωλίας, φέρων τὸ γένος ἐκ τοῦ Οἰνέως, ὅστις Οἰνεὺς μετὰ τελευτὴν Ἐριβοίας ἠγάγετο τὴν Ἀλθαίαν, ἐξ ἧς ἔσχε τὸν Μελέαγρον καὶ τὴν Δηϊάνειραν, ἥντινα
D ἡρμόσατο Ἀχελῷος ὁ υἱὸς Ποσειδωνίου συγκλητικοῦ. ὁ γοῦν Ἀχελῷος πρὸ τοῦ γάμου ἔφθειρε τὴν Δηϊάνειραν λάθρᾳ, καὶ μετὰ ταῦτα λέγει τῷ Οἰνεῖ βασιλεῖ "οὐκ ἄλλως παραλαμβάνω ταύτην, εἰ μὴ παραχωρήσεις μοι διοικεῖν τὴν βασιλείαν σου." ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη. καὶ λοιπὸν σὺν τῷ ἰδίῳ πατρὶ ἀντῆρεν ὁ Ἀχελῷος ὁ

donis interiacet. amplissimis autem praedita opibus maritum habebat Sichaeum; cuius divitiis atque potentiae invidens Pygmalion Didonis frater eum in venatione, cum equites una aprum persequerentur, hasta in tergum coniecta interficit, corpusque de praecipitio deturbans, domum reversus necessariis eius rettulit eum, dum aprum insequitur, praecipitem actum periisse. quin et sororis suae vitae Pygmalion fortunisque insidiabatur. sed Sichaeus uxori per insomnium visus ab ipsius fratre se necatum indicavit, monstrato etiam vulneris loco, ipsamque fuga sibi consulere, ne idem eveniret, monuit. proinde Dido clam fratre navim ingressa omnibusque suis impositis divitiis a Phoenicia solvit, inque Africam delata Carthaginem, quae est Neapolis, condidit, regnoque ibi functa et vita pudice exacta decessit.

Diomedes porro Aetolus fuit, genus ab Oeneo ducens. is Oeneus mortua Eriboea Althaeam sibi matrimonio copulavit, sustulitque ex ea Meleagrum et Deianiram. hanc cum Achelous Posidonii senatoris filius despondisset, ante nuptias occulte vitiavit, ac deinde regi Oeneo dixit se eam non alia condicione ducturum quam sibi ut regni administratio-

υἱὸς Ποσειδωνίου τῷ Οἰνεῖ καὶ ἐπολέμησεν αὐτῷ. καὶ ἀναγκασθεὶς ὁ Οἰνεὺς προετρέψατο ἐκ τῆς Φθίας χώρας στρατηγὸν γενναῖον Ἡρακλέα τὸν λεγόμενον Πολύφημον, συνταξάμενος δοῦναι αὐτῷ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Δηϊάνειραν· ὃς ἐλθὼν μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς συνέβαλε πόλεμον μετὰ Ποσειδωνίου καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀχελῴου, καὶ εἰς τὴν συμβολὴν ἀνεῖλε ξίφει ὁ Πολύφημος Ποσειδώνιον τὸν Ἀχελῴου πατέρα. διὰ τοῦτο ἐξέθεντο οἱ ποιηταὶ ὅτι P 141
τὸ κέρας τοῦ Ἀχελῴου ἀπέσπασεν ὁ Ἡρακλῆς, ὅπερ ἐστὶ τὴν πατρικὴν αὐτοῦ δύναμιν. ἑωρακὼς οὖν τὴν πτῶσιν τοῦ ἰδίου πατρὸς ὁ Ἀχελῷος φεύγει ἔφιππος· διὸ καὶ γράφουσιν αὐτὸν ἱπποκένταυρον. καὶ ἐν τῷ καταδιώκειν αὐτὸν τὸν Πολύφημον Ἡρακλέα ἐπιστραφεὶς τοξεύει αὐτὸν ὁ Ἀχελῷος κατὰ τοῦ μαστοῦ. καὶ εὐθέως ὡς εἶχεν ὁ Ἡρακλῆς, ἀντετόξευσε τὸν Ἀχελῷον πλησίον τοῦ ποταμοῦ Εὐήνου. ὁ δὲ Ἀχελῷος ἐνῆκεν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ἵππου εἰς τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ καὶ ἀπώλετο· καὶ ἐξ ἐκείνου μετεκλήθη ὁ ποταμὸς Ἀχελῷος. ὁ δὲ Πολύφημος Ἡρακλῆς ἐκ τῆς πληγῆς τοῦ μαστοῦ αὐτοῦ μετ' ὀλίγας ἡμέρας τελευτᾷ.

Μελέαγρος δὲ ὁ υἱὸς Οἰνέως, ἀδελφὸς τοῦ Τυδέως καὶ B
Δηϊανείρας, ἐποίησεν ἆθλον μέγαν, φονεύσας κάπρον ὃς ἐλυμαίνετο τὴν χώραν ἐκείνην πᾶσαν, τῆς κυνηγέτιδος Ἀταλάντης προβαλούσης τόξῳ τὸν σύαγρον. καὶ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ θηρὸς τὸ δέρμα αὐτοῦ τῇ Ἀταλάντῃ Μελέαγρος ἐχαρίσατο, εἰς ἔρωτα ταύτης βληθείς. ἀπελθὼν δὲ ὁ Μελέαγρος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Οἰνέα ἀπῃτεῖτο παρ' αὐτοῦ τὰ νικητήρια τοῦ θηρός. καὶ μαθὼν

nem socer concedat; ac tandem cum patre suo regi Oeneo abnuenti bellum fecit. necessitate adactus Oeneus ex Phthia regione Herculem cognomento Polyphemum, ducem praeclarum, evocavit, pollicitus ei filiae suae Deianirae coniugium. is cum exercitu suo veniens bellum Posidonio eiusque filio Acheloo intulit, Posidoniumque in pugna gladio obtruncavit. inde poetae commenti sunt Herculem Acheloi cornua avellisse, nimirum patriam potentiam. Achelous patris nece conspecta eques fugam facit (ideo eum Hippocentaurum fuisse scribunt), Herculemque sibi instantem conversus sagitta ad mammillam sauciat; ac confestim ab Hercule vicissim sagitta petitus, ab equo se in Eueni amnis undas demittit ibique perit: ab eo fluvius mutato nomine Achelous appellari cepit. ceterum Hercules Polyphemus ex vulnere mammae paucis post diebus interiit.

Meleager autem Oenei filius Tydei et Deianirae frater magnum certamen obivit apro interfecto, qui totam eam regionem vastabat, cum quidem venatrix Atalanta eum aprum sagitta ferire occupasset. itaque Meleager Atalantae, cuius amore iam erat captus, interfecti apri exuvium dono dedit. reversus ad patrem suum Oeneum Meleager ab eo ferae devictae pellem 'poscitur. cum vero pater intelligeret Meleagrum

ὅτι τῇ Ἀταλάντῃ τὸ δέρμα ἐχαρίσατο, ὀργισθεὶς κατ' αὐτοῦ ἔλαβεν ὃν ἐφύλαττε θαλλὸν τῆς ἐλαίας ἡ Ἀλθαία, ὅντινα θαλλὸν τῆς ἐλαίας ἔγκυος οὖσα ἡ Ἀλθαία ἐπιθυμήσασα ἔφαγε, καὶ καταC πιοῦσα τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας εὐθέως συνέτεκε τὸ τῆς ἐλαίας φύλλον τῷ Μελεάγρῳ. περὶ οὗ χρησμὸς ἐδόθη τῷ πατρὶ αὐτοῦ Οἰνεῖ, τοσοῦτον χρόνον ζῆσαι τὸν Μελέαγρον ὅσον χρόνον φυλάττεται τὸ φύλλον τῆς ἐλαίας τὸ συγγενηθὲν αὐτῷ. ὅπερ φύλλον ἔκαυσεν ὁ Οἰνεὺς ἀγανακτήσας κατὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτα. καὶ ὁ Εὐριπίδης δὲ δρᾶμα περὶ Μελεάγρου ἐξέθετο.

Μετὰ δὲ τὴν βασιλείαν τοῦ Οἰνέως ἐβασίλευσε τῆς Αἰτωλίας χώρας ὁ ἕτερος υἱὸς αὐτοῦ ὁ Τυδεύς, ὁ πατὴρ Διομήδους, ὃς μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐβασίλευσε τῆς τῶν Ἀργείων χώρας, ἀγαγόμενος ἐκ τοῦ Ἄργους γυναῖκα ὀνόματι Αἰγιάλειαν. D καὶ ἀπονοηθεὶς κατέλυσε πολέμῳ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ χώραν καὶ βασιλείαν, ποιήσας αὐτὴν ὑπὸ τὴν τῶν Ἀργείων βασιλείαν· καὶ εὐθέως ἐξώρμησε μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸ Ἴλιον. καὶ ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς Τροίας ἐπὶ τὸ ἴδιον βασίλειον οὐκ ἐδέχθη ὑπὸ τῶν αὐτοῦ. μαθὼν δὲ ὅτι ἡ γυνὴ αὐτοῦ Αἰγιάλεια κατασκευάζει αὐτῷ δόλον ὡς πορνευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κόμητος τοῦ συγκλητικοῦ αὐτῆς, ὅστις καὶ ἀνθίστατο αὐτῷ κραταιῶς ἅμα τῷ υἱῷ Ναυπλίου τῷ Αἴακι τὰ ὅμοια φωραθέντι, οἱ διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν ἔρωτα πολλῷ σθένει ἀντεμάχουν αὐτῷ, ἰδὼν δὲ τούτους καὶ πᾶσαν τὴν Ἀργείαν χώραν ἀνθισταμένην αὐτῷ, καὶ μηδὲ εἰς τὴν ἰδίαν χώραν τὴν Αἰτωλίαν δυνάμενος ἀνελθεῖν, ἀνεχώρησεν ἀποπλεύσας ἐπὶ τὴν Καλαβρίαν

eam Atalantae dono dedisse, oleae frondem quam Althaea asservabat (cum ferret uterum Althaea, cupiditate adducta frondem oleae devoraverat, eamque partu una cum Meleagro ediderat: Oeneo autem oraculum erat datum tamdiu victurum Meleagrum, quamdiu frons oleae eodem partu edita asservaretur) hanc igitur frondem Oeneus iratus cremavit, statimque mortuus est Meleager. edidit de Meleagro tragoediam Euripides.

Aetoliae Oeneo in regnum successit alter filius Tydeus, pater Diomedis. Diomedes mortuo patre in Argivos regnum tenuit, Argiva uxore Aegialea ducta; insaniaque concitus Aetoliam et regnum suum armis Argivo regno subdidit. inde statim cum Achaeis est ad Ilium profectus. reversus autem a Troia in regnum suum non est receptus a suis. cumque sentiret dolum sibi ab uxore Aegialea necti (ea enim stuprata erat a Comete, suo consiliario; atque is Comes unaque eiusdem flagitii manifestus Aiax Nauplii filius propter Aegialeae amorem summa ope Diomedi repugnabant) et cum hos quos dixi, omnesque Argivos sibi resistere cerneret, neque in Aetoliam porro sibi redire esset integrum, in

χώραν, καὶ κτίζει πόλιν ἐκεῖ παράλιον, ἣν ὠνόμασεν Ἀργυρίππην, τὴν νυνὶ Βενεβεντόν.

Ὅτι ὁ Μῆδος Δαρεῖος καὶ Ἀρταξέρξης καὶ Ἀστυάγης καὶ P 142
Ναβογίαδος ἐλέγετο. φασὶ δὲ αὐτὸν ὄνου ἔχειν ὦτα· πάππος δὲ ἦν Κύρου. οὗτος ἐζεύχθη τῇ Ἐσθὴρ διὰ κάλλος, καὶ τὸν Δανιὴλ ἐν μεγιστᾶσι κατέστησε. συσκευῆς δὲ ὑπὸ τῶν μεγιστάνων κατὰ Δανιὴλ γενομένης ἐν τῷ λάκκῳ αὐτὸν τῶν λεόντων ἐνέβαλεν· οὗ διασωθέντος ἐκεῖνοι τροφὴ τοῖς λέουσιν ἐμβληθέντες γεγόνασι. τοῦτον τὸν Δαρεῖον Κῦρος ὁ Πέρσης ἀνελὼν τριάκοντα δύο ἔτη Βαβυλῶνος ἐκράτησεν. ἐφ' οὗ Κροῖσος ὁ Λυδὸς τῷ τε πολλῷ χρυσίῳ καὶ ταῖς νίκαις ἐπαρθεὶς δηλοῖ τῷ Κύρῳ ἢ παραχωρῆσαι τούτῳ τῆς βασιλείας Περσῶν, ἢ προσδέχεσθαι τοῦτον εἰς πόλεμον. Κῦρος δὲ τὸν Δανιὴλ εἰσκαλεσάμενος ἤκουσε παρεγγυῶντος B
θαρρεῖν, ὅτι καὶ Κροῖσον κατὰ κράτος νικήσεις καὶ εἰς Ἱερουσαλὴμ τὸν λαὸν Ἰσραὴλ ἀποστρέψεις. ἐπὶ αὐτοῦ τὰ κατὰ τὸν Μαρδοχαῖον καὶ Ἀμὰν καὶ ἡ διὰ τῆς Ἐσθὴρ ἀπολύτρωσις τῶν Ἑβραίων. ἐπὶ αὐτοῦ Δανιὴλ τὰς διὰ τοῦ Γαβριὴλ ὀπτασίας εἶδε, καὶ τὸν χρόνον τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἔμαθε. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Σίβυλλα ἐν Σάμῳ ἐγνωρίζετο.

Κύρου τὸ πρῶτον ἔτος κόσμου ἦν ,δϡνβ'. οὗτος ὁ Κῦρος αἰχμαλωτεύσας πολλοὺς βασιλεῖς καὶ ἔχων αὐτοὺς ἐν φυλακῇ προσέταξε κατὰ ἑορτὴν τοῖς ὤμοις αὐτῶν σύρειν τὸ τετραΐππον ἅρμα, ἐν ᾧ αὐτὸς ἐπωχεῖτο. εἷς δὲ ἐκ τῶν βασιλέων ἐπιστρεφό- C

Calabriam navigavit, ibique maritimam urbem Argyrippam a se nominatam condidit, quae nunc Beneventum dicitur.

Darius Medus etiam Artaxerxes appellatus est et Astyages et Nabogiadus. fertur asininas aures habuisse, avus fuit Cyri. idem Estheram formae gratia duxit uxorem, ac Danielum inter proceres regni constituit, eundemque procerum conspiratione circumventum in caveam leonum abiecit; servatoque ipso, adversarii eodem deiecti a leonibus vorati sunt. hunc Darium cum interfecisset Cyrus Persa, Babylonem annos 32 tenuit. huic Croesus Lydus, auri et victoriarum multitudine elatus, mandavit ut vel regno sibi cederet vel bello congrederetur. Danielus autem evocatus Cyro promisit eum de Croeso victoriam reportaturum ac Israelicum populum Hierosolyma remissurum. tunc res Mardochaei et Amani gesta est, et Ebraeis ab Esthera parta salus. tunc Danielo Gabrielus visa ostendit, isque tempus adventus domini didicit. tunc et in Samo Sibylla innotuit.

Primus annus Cyri annus mundi fuit 4952. hic Cyrus cum multos haberet reges captivos et in custodia detineret, solenni quadam festivitate eos quadrigas quibus invehebatur humeris suis agitare iussit. eorum quidam crebro respiciens rotas spectavit sursum deorsumque se

μενος συχνῶς· ἑώρα τοὺς τροχοὺς ἀναβαίνοντας. ὃν θεασάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ θυμωθεὶς ἤρετο τίνος χάριν πυκνῶς στρεφόμενος οὐκ ἐᾷ τὸ ἅρμα κατ' εὐθεῖαν τρέχειν. ὅσπερ μετὰ φόβου ἀπελογήσατο "τοὺς τροχοὺς ὁρῶν ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐννοῶ τὸ ἄστατον τοῦ βίου, πῶς τὰ κάτω ἄνω γίνονται καὶ τὰ ἄνω κάτω." ὅπερ ἀκούσας ὁ Κῦρος καὶ αἰσθόμενος ἔλυσεν αὐτόν, καὶ τιμήσας φιλοφρόνως ἀνεβίβασεν ἐν τῷ ἅρματι, καὶ ἐλευθερίας ἠξίωσεν οὐ μόνον αὐτὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιπούς. οὗτος ὁ Κῦρος Περσῶν καὶ Μήδων Χαλδαίων τε καὶ Ἀσσυρίων, Συρίας καὶ Λυδῶν ἐκράτησεν.

D Οὗτος τὸν Κροῖσον αἰχμαλωτίζει. καὶ θελήσας αὐτὸν πυρὶ κατακαῦσαι διὰ Σόλωνα ἐφείσατο τρόπῳ τοιῷδε. ἀπερχόμενος ὁ Κροῖσος καῆναι ἀνέκραξεν "ὦ Σόλων, ὦ Σόλων." τοῦτο ἀκούσας ὁ Κῦρος ἐπύθετο τίνος χάριν ὀνομάζει τὸν Σόλωνα, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀκούει ὅτι ὅτε αἰχμαλωτεύσας τὸν Σόλωνα ἤνεγκα αὐτόν, καυχώμενος ἐν τῇ δόξῃ μου καὶ ἐν τῷ πλούτῳ τῆς βασιλείας μου εἶπον αὐτῷ "δύνασαι εὑρεῖν ὦ Σόλων εὐδαιμονέστερόν μου;" καὶ εἴρηκέ μοι ὅτι Διογένης ὁ κυνικὸς εὐδαιμονέστερός σού ἐστι καὶ ἄλλοι πολλοί. ὃν ἀποπεμψάμενος ὡς ἔξηχον, ἀρτίως ᾐσθόμην
P 143 ὅτι πάντα τοῦ κόσμου οὐδέν εἰσιν. ἴδε γὰρ ὅτι οὐδὲν ὠφελήθην ἐκ τοῦ πλούτου τῆς βασιλείας μου. τηνικαῦτα αἰσθόμενος ὁ Κῦρος οὐ μόνον αὐτὸν ἀτιμώρητον εἴασεν, ἀλλὰ καὶ τιμήσας σύμβουλον προσήκατο καὶ παιδαγωγὸν τοῦ παιδὸς Καμβύσου. οὗτος

circumvertentes. quod cum animadvertisset Cyrus, indignabundus interrogavit quid ita subinde se convertens rectum quadrigarum incessum averteret. is timide respondit se, cum rotas sursum deorsumque volvi cernat, vitae instabilitatem considerare, in qua summa ad imum devolvuntur, ima ad summum evehuntur. hoc audiens Cyrus atque animo reputans eum solvit, ac comiter honore affectum in quadrigas sustulit, libertateque et ipsum et reliquos donavit. hic Cyrus regnum in Persas Medos Chaldaeos Assyrios Syrios et Lydos tenuit.

Idem Cyrus Croeso, quem captum comburere statuerat, propter Solonem pepercit. res ea ita gesta est. Croesus cum iam ad flammas duceretur, exclamavit o Solon, o Solon. id Cyrus audiens, causam cur Solonem nominaret requisivit. respondit Croesus se aliquando Soloni, cum eum cepisset, gloriam et divitias regni sui ostentasse, ac interrogasse anne ipso aliquem beatiorem se invenire posse putaret. Solonem vero dixisse Diogenem Cynicum multosque alios ipso esse feliciores. ac tunc quidem a se Solonem ita, ut qui mente captus videretur, fuisse dimissum: nunc autem se experiri, quicquid in mundo est, id nihil esse: nam sibi quidem divitias regni sui nihil profuisse. ibi Cyrus re considerata non supplicio tantum Croesum subtraxit, sed honore etiam affecit, consiliarium sibi eum et filii sui Cambysis magistrum faciens. huic

ὁ Κροῖσος βουλόμενος τῷ Κύρῳ μαχέσασθαι ᾔτησε χρησμόν, καὶ λαμβάνει τοιοῦτον "Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει." ὃν μὴ νοηθεὶς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἀπώλεσε.

Κῦρος τοίνυν τὸν Κροῖσον ὑποτάξας, τὸν Δανιὴλ συμβιωτὴν διὰ τὴν προφητείαν εἶχε καὶ ὁμοέστιον. καὶ τῷ λαῷ δὲ τὴν ἐπάνοδον μετὰ λαμπροῦ τοῦ κηρύγματος ἐθέσπισε. τότε καὶ ὁ Βὴλ ταῖς αὐτοῦ συμβουλίαις κατεστράφη, καὶ ὁ δράκων τῇ τοῦ B Δανιὴλ ἀνταναίρηται συνέσει, καὶ οἱ τούτου θεραπευταὶ ἀπώλοντο, καὶ αὐτὸς τὸ δεύτερον τῆς τῶν λεόντων ὠμότητος ἐρρύσθη, καὶ οἱ τοῦτον διαβαλόντες ἐν αὐτοῖς ἀνταναιροῦντο. οὗτος Κῦρος μὲν Ἑλληνιστὶ ἐκαλεῖτο, Ἀρταξέρξης δὲ καὶ Ἀρθασασθὰς Περσιστί. τοῦτον τὸν Κῦρον κτείνει ἡ βασιλὶς Μασσαγετῶν· προσποιησαμένη γὰρ διὰ μηνυμάτων εἶναι αὐτοῦ δούλη, ἔπεμψεν αὐτῷ δῶρα καὶ πρόβατα καὶ οἶνον πολὺν μετὰ ἀσκῶν, καὶ μεθυσάντων τῶν περὶ τὸν Κῦρον ἐξελθοῦσα σχεδὸν πάντας ἀπέκτεινε, καὶ λαβομένη τοῦ Κύρου ἔβαλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς ἀσκόν, λέγουσα "κορέσθητι, ἀκόρεστε Κῦρε."

Μετὰ Βαλτάσαρ τὸν υἱὸν Ναβουχοδονόσορ ἐκράτησε τῆς C ἀρχῆς Δαρεῖος ὁ Ἀστυάγης ἔτη ιζ΄· ἐφ' οὗ Δανιὴλ τὸν ἑβδομηκονταετῆ τῆς μετοικεσίας χρόνον διαγινώσκει, καὶ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων αὐτῷ τὸ μυστήριον ἀποκαλύπτεται. καὶ εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσαι βουληθῇ τὸν λόγον καὶ διαριθμήσασθαι τοὺς χρόνους, ἀρξάμενος ἀπὸ ἐξόδου λόγων κατὰ τὸν προφήτην τοῦ οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλήμ, τουτέστιν ἀπὸ Νεεμίου υἱοῦ Ἀχελῆ τοῦ ἀρχιοι-

Croeso, cum Cyro bellum illaturus oraculum poposcisset, sic fuerat responsum "Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim." quod ille non intelligens, suum regnum perdidit.

Cyrus Croeso subacto Danielum vaticinii causa domus mensaeque suae dignatus est communitate, populique reditum insigni edicto publicavit. tunc et Belus consilio Danieli eversus est, et eiusdem calliditate draco interfectus, occisique famuli, et Danielus denuo ereptus leonum saevitiae, calumniatores eius ab iis necati sunt. hic Cyrus Graece, Persice Artaxerxes et Arthasasthas dicitur. interfectus est a regina Massagetarum. haec per nuntios, simulans se ei in servitutem dare, dona misit, et oves et vini multum in utribus. inebriato autem cum suis Cyro, eos adorta universos prope occidit; Cyrique caput in utrem coniecit dicens "saturare, insatiabilis Cyre."

Post Baltazarem Nabuchodonosoris filium regnum per annos 17 Darius Astyages tenuit. sub eo Danielus tempus 70 annorum exsilii dignovit, eique mysterium septem septimanarum est patefactum. ac si quis praecise examinare eam rem volet ac tempora dinumerare, is facto principio ab eo tempore quo impletum est vaticinium de instaurandis Hierosolymis, nimirum a Nehemia Achelae filius, qui princeps fuit pincer-

νοχόου Ἀρταξέρξου, ὃς ἀξιωθεὶς καὶ ἐπιτραπεὶς ἄνεισιν οἰκοδομῆσαι τὰ Ἱεροσόλυμα, εὑρήσει τὰς ο' συμπεραινομένας ἑβδομάδας, ἔτη υϛ', ἐπὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὅτε παλαιοῦται τὸ παράπτωμα
D καὶ συντελεῖται ἡ ἁμαρτία καὶ σφραγίζεται ὅραμα καὶ προφητεύει καὶ χρίεται ἅγιος ἁγίων, τουτέστιν ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν καὶ τὴν λοιπὴν πραγματείαν.

Κῦρος ὁ Πέρσης καταλύσας τὴν Μήδων καὶ Ἀσσυρίων δυναστείαν, κρατήσας δὲ τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐβασίλευσεν ἔτη λα'. τούτου τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ἑβδομηκονταετὴς χρόνος τῆς μετοικεσίας συμπληροῦται. ἐν δὲ τῷ ἑπομένῳ ἔτει συγχωρεῖ τοὺς δυναμένους τῶν Ἑβραίων οἰκίζειν ἀνελθόντας εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι προσέταξε. τῆς δὲ ἐπανόδου ἡγοῦντο Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ μεγάλου ἱερέως καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιήλ, καὶ
P 144 προφήτης Ἀγγαῖος, καὶ Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἀδδώ. καταθέμενοι δὲ οἱ περὶ Ἰησοῦν τοῦ ναοῦ τὴν ἕδραν ἐφ' ὅλοις τεσσαράκοντα καὶ δύο ἔτεσι τὸ ἔργον ἐκωλύοντο συμπεραιῶσαι, μέχρις οὗ Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου, δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, τοὺς ἐμποδίζοντας ἀναστείλας τελείαν ἐπιτρέπει τοῦ ναοῦ τὴν κατασκευήν. καὶ συμπληροῦται ἐν ἄλλοις τέτρασιν ἔτεσιν, ὥστε συντελεσθῆναι αὐτὸν ἐν ὅλοις ἔτεσι μϛ'.

Καμβύσης ὁ καὶ Ἀρταξέρξης ἐβασίλευσεν ἔτη η', Σφενδάνης καὶ Κιμέρδιος ἀδελφοὶ μάγοι μῆνας ζ'. Δαρεῖος ὁ Κύρου ἀπόγονος, Ὑστάσπου δὲ υἱός, τοῖς μάγοις ἐπιθέμενος καὶ κρατή-

narum Artaxerxis, qui impetravit missionem ad instauranda Hierosolyma eique praefectus fuit, deprehendet 70 septimanas, id est annos 490, exivisse ad id tempus quo antiquatum est delictum, et finis peccato impositus, ac visio obsignata, vaticinatusque est et unctus sanctus sanctorum, hoc est usque ad Christi adventum et res gestas.

Cyrus Persa, everso Medorum et Assyriorum imperio, universaque Asia subacta, regnavit annos 31. primo eius anno 70 exsilii anni completi sunt. insequenti anno Ebraeis, qui vellent, concessit ut Hierosolyma redirent ibique habitarent, et templum aedificari iussit. duces reditus fuerunt Iesus Iosedeci pontificis maximi filius et Zorobabelus Salathieli filius, ac vates Aggaeus, et Zacharias Iddonis filius. hi cum fundamenta templi posuissent, ab absolvendo opere totos 42 annos impediti sunt, donec Darius Hystaspis F. secundo sui regni anno, repressis qui obstabant, aedificii templi absolutionem expedivit, in quam alii 4 anni insumpti. itaque templum annis omnino 46 perfectum fuit.

Cambyses, qui idem Artaxerxes usurpatur, annos regnavit 8. Sphendanes et Cimerdius, fratres magi, menses 7. hos adortus et victoria potitus Darius ex posteritate Cyri, Hystaspis filius, regnavit an-

σας ἐβασίλευσε μέχρι συμπληρώσεως Ἱερουσαλὴμ ἔτη ἕξ, καὶ B πρὸς τούτοις ἕτερα λ΄. ἐπὶ τούτου Ἱπποκράτης ὁ ἰατρὸς ἐγνωρίζετο.

Ξέρξης ὁ Δαρείου υἱὸς ἐβασίλευσεν ἔτη κ΄, Ἀρτάβανος μῆνας ζ΄, Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ ἔτη μ΄. ἐπὶ τούτου τὰ κατὰ Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαῖον καὶ Ἀμὰν ἐπράχθη. ἐπὶ τούτου ᾠκοδομήθη Ἱερουσαλήμ, ὅπλοις τοὺς ἐνεργοῦντας περιτειχίσαντος. ἀπὸ τοῦ ὀγδόου ἔτους τούτου ἀριθμεῖσθαι δεῖ τὰς ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας τῆς τοῦ Δανιὴλ ὀπτασίας μέχρι τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας.

Ἔδει δὲ τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην προταχθῆναι τούτων ὡς ἀρ- C χαιότερα, ἀλλὰ διὰ τὴν συνέχειαν τῆς ἀκολουθίας ὑπερετέθησαν, καὶ τεθήσονται καθεξῆς μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς τῶν Ἀσσυρίων βασιλείας καὶ τῆς τῶν Ἑβραίων αἰχμαλωσίας.

Ξέρξης ὁ Ἀρταξέρξου, ἐπικληθεὶς Νόθος, ἀνελὼν Σογδανὸν ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ΄. Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου καὶ Παρυσάτιδος ἔτη λϛ΄, κόσμου ἔτη ͵δϡϙβ΄. οὗτος ἔτι ἰδιωτεύων ηὔξατο τῷ θεῷ, εἰ βασιλεύσει Περσῶν, ἀνεγεῖραι τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν καὶ πάντα τὰ Ἰουδαίων ἀποδοῦναι ἱερὰ σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις καὶ πατρῴοις ἔθεσι. τούτων τῶν εὐχῶν καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλα- D θιὴλ ἀκουστὴς καὶ σύμβουλος γεγονὼς ὕστερον ἀνέμνησε, συνήθης ὤν. καὶ γὰρ ἀπεστάλη μὲν καὶ πρῶτον ὁ λαός, καὶ τῶν θεμελίων τοῦ ναοῦ ὑποβληθέντων ἐπαύθη ἡ οἰκοδομὴ ἐκ διαβολῆς.

que ad urbis absolutionem annos 6, ac alios deinde 30. sub hoc Hippocrates medicus innotuit.

Xerxes Darii filius regnum gessit annos 20, Artabanus menses 7, Artaxerxes Longimanus annos 40. sub hoc Estherae Mardochaei et Amanis historia evenit. atque hoc armis aedificantes cingente Hierosolyma instaurata sunt. ab huius octavo anno 70 septimanae numerandae sunt, Danielo per visum patefactae, usque ad Christi adventum.

Ante haec collocandae erant res Romanorum utpote vetustiores: verum ob continuationis perpetuitatem in alium locum dilatae sunt, commemorandae ubi Assyriorum regni et Iudaici exsilii finem attigerimus.

Xerxes Artaxerxis filius cognomento Spurius (id enim Nothus significat) interfecto Sogdiano annos 19 regnavit, Darius Hystaspis et Parysatidis annos 36, anno mundi 4992. is cum adhuc privatim viveret, votum deo fecerat, si quidem regnum in Persas consequeretur, templum Hierosolymis se instauraturum omniaque Iudaeorum sacra et captivos redditurum, ac moribus eos maiorum restituturum. eius voti auditor atque suasor fuerat Zorobabelus Salathieli filius, ac postmodo regem, cui erat familiaris, eius admonuit. quippe iam ante etiam populus dimissus fuerat et fundamenta templo posuerat; verum vicinorum

τῶν προσοίκων Σαμαρειτῶν. καὶ ἦσαν ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι χρόνους μα΄ ἕως τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου. εἶτα πληροῦται ὁ ναὸς ἐπὶ ἓξ χρόνοις δι᾽ ὑπομνήσεως καὶ χειρῶν Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ, ἤγουν ἐν μζ΄ ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Κύρου. διὸ καὶ εἴρηται παρὰ τῶν Ἰουδαίων πρὸς τὸν κύριον "ἐν μς΄ ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς
P 145 αὐτόν;" ὁ γὰρ Σολομῶν ἐν ἑπτὰ ἔτεσι κατεσκεύασεν αὐτόν. ἦσαν δὲ οἱ ὑποστρέψαντες ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας Βαβυλῶνος χιλιάδες κδ΄ καὶ τξ΄, δοῦλοι δὲ ἑπτακισχίλιοι λζ΄.

Ἡ δὲ τοῦ Ζοροβάβελ ὑπόμνησις τοιαύτη ἦν. τρεῖς σωματοφύλακες τοῦ βασιλέως εἰς ἑαυτοὺς διαλεχθέντες εἶπον "λαλήσωμεν τῷ βασιλεῖ ζητήματα, ἕκαστος περὶ τοῦ τί ἐστιν ἰσχυρότερον ἐν τῷ κόσμῳ, ὃ νικᾷ πάντα· καὶ οἷος ἂν εὑρεθῇ νικήσας, τιμηθήσεται παρὰ τοῦ βασιλέως." ὁ πρῶτος εἶπεν "ἰσχυρότερος ὁ οἶνος, καὶ νικᾷ πάντα." ὁ δεύτερος εἶπε "νικᾷ ὁ βασιλεύς, τὸ βούλεσθαι ἔχων τῇ δυνάμει σύνδρομον." ὁ τρίτος ὁ καὶ Ζοροβάβελ εἶπε "νικᾷ ἡ γυνή, καὶ ὑπὲρ πάντα ἡ ἀλήθεια." ὃς ἐπῃνέ-
B θη, καὶ ἐδόθη αὐτῷ αἴτησις. ὁ δὲ ὑπέμνησε τὸν βασιλέα τῆς εὐχῆς, καὶ ἀπέλυσε τὸν λαὸν πάντα, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησεν.

Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιστολῶν τοῖς κατ᾽ Αἴγυπτον Ἰουδαίοις γέγραπται περὶ Νεεμίου, ὅτι ἀνοικοδομήσας τὸ ἱερὸν καὶ τὸ θυσιαστήριον καὶ μέλλων θυσίαν ἀναφέρειν ἔπεμψε

**Samaritarum calumnia effectum fuit ut aedificatio omitteretur annos 41 totos usque ad secundum annum Darii. inde sexennio templum est absolutum Zorobabeli ac Iesu Iosedeci filii admonitione atque opera, annis nimirum 47 totis a primo Cyri anno. inde a Iudaeis ad dominum est dictum "templum hoc annis 46 aedificatum est, et tu id triduo te exstructurum ais?" Solomon 7 annos sui templi aedificio impenderat. numerus Iudaeorum ab exsilio Babylonico revertentium fuit 24 milia, et capita 360, servorum 7037.**

**Ceterum quod de admonitione a Zorobabelo facta indicatum est, id sic habet. tres quibus custodia corporis regii commissa erat, inter se collocuti, statuerunt singuli quaestionem de eo quod fortissimum in mundo sit atque omnia vincat, regi exponere: victori nempe a rege honorem habitum iri. primus dixit vinum esse fortissimum, et omnia vincere. secundus dixit "vincit rex, quia voluntati facultatem adiunctam habet." tertius Zorobabelus mulierem praevalere, sed omnibus rebus potentiorem esse veritatem dixit. hic meruit laudem, et liberam optionem nactus regem voti admonuit; et rex populum dimisit ac urbem aedificavit atque templum.**

**In secunda epistola Machabaeorum ad Iudaeos in Aegypto degentes scriptum est, quod refecerit templum et altare Neemias, ac sacrificaturus sacerdotum posteros ad foveam miserit, in quam tempore exci-**

τοὺς ἐγγόνους τῶν ἱερέων ἐπὶ τὸ φρέαρ, ἐν ᾧ κατέκρυψαν οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας λαβόντες ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς Ἱερεμίας φησί, τοῦ ἀγαγεῖν πῦρ ἐξ αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀπελθόντες οὐχ εὗρον πῦρ, ἀλλ' ὕδωρ παχύ. ἐκέλευσε δὲ Νεεμίας ἀγαγεῖν ἐκ τούτου, καὶ ἐπιρρᾶναι τοῖς ξύλοις τοῖς ὑποκειμένοις τῇ θυσίᾳ. C τοῦ δὲ ἡλίου ἀπὸ νέφους λάμψαντος ἀνήφθη πυρὰ μεγάλη κατὰ τῶν θυσιῶν καὶ ἐδαπάνησεν αὐτάς, ὥστε θαυμάσαι πάντας καὶ δοξάσαι τὸν θεὸν μετ' εὐχῆς.

Ὅτι ὁ Ξέρξης οὗτος Αἴγυπτον παραλαβὼν καὶ εἰς Ἀθήνας ἐλθών, ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, ἐνέπρησεν αὐτάς. ἐν δὲ Ῥώμῃ Πορτίλα τις παρθένος ἐπὶ διαφθορᾷ καταγνωσθεῖσα ζῶσα κατωρύγη. καὶ νόμοι ἐν Ῥώμῃ ἀπὸ Ἑλλάδος διὰ δώδεκα βιβλίων ἐπέμφθησαν. ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἐρράγη ἐν Σικελίᾳ τὸ Αἰτναῖον ὄρος καὶ ἐξῆλθε πῦρ. καὶ σεισμῶν γενομένων ἡ πρὸς Λόκροις Ἀταλάντη σχισθεῖσα νῆσος ἐγένετο. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους D καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς κδ' Ἑλληνικοῖς γράμμασιν ἐχρήσαντο, μόνα ις' ὄντα πρότερον. καὶ Σωκράτης ἐξ ἀνοίας τῶν Ἀθηναίων τὸ κώνειον πιὼν ἐτελεύτα. Ἑλίκη καὶ ἡ Βοῦρα, πόλεις Ἀχαΐας, μεγάλοις σεισμοῖς κατεπτώθησαν· ὧν ἔτι κατὰ θάλασσαν τὰ ἴχνη φαίνονται τοῖς πλέουσιν ἀπὸ Πατρῶν ἐπὶ Κόρινθον δεξιᾷ.

Ὅτι Σκηπίων Ἀφρικανὸς Ῥωμαῖος δικτάτωρ, πορθήσας Καρχηδόνα, Ἀφρικὴν τὴν χώραν μετωνόμασεν.

19 κατεκόθησαν margo P

dii maiores ipsorum abdiderant ignem de altari sumptum, ut Ieremias ait, ut de eo ignem afferrent. missos, eo cum venissent, non invenisse ignem, sed aquam crassam. ex ea afferri iussisse Neemiam, eamque inspersisse lignis quibus victima erat imposita. cum autem sol ex nube effulsisset, magnos ignes exarsisse ac victimas absumpsisse. quamobrem omnes admiratione captos deum factis votis praedicasse.

Is Xerxes Aegypto in potestatem suam redacta, Athenas iuncto ponte Hellesponto perveniens, urbem incendit. Romae Portila quaedam virgo incesti damnata viva defossa fuit. leges duodecim tabularum ex Graecia Romam allatae sunt. ea aetate Aetna mons in Sicilia ruptus est ignemque edidit. et terrae motibus Atalanta a Locris abrupta insula facta est. eodem tempore Athenienses Graecis 24 literis usi sunt, cum ante literae tantum 16 fuissent. et Socrates hausto per vaesaniam Atheniensium cicutae veneno moritur. Helice et Bura Achaiae urbes magnis terrae motibus absorptae sunt; et adhuc earum vestigia in mari visuntur, ad dextram cum a Patris Corinthum navigatur.

Scipio Africanus Romanorum dictator Carthagine deleta regioni nomen Africae indidit.

Ὅτι Γαλάται καὶ Κελτοὶ Ῥώμης ἐκράτουν πλὴν τοῦ Καπιτωλίου.

Ἀριστοτέλης τῷ Πλάτωνι μαθητεύει ἀπὸ δεκαεπτὰ χρόνων τῆς ἡλικίας αὐτοῦ.

P 146 Ἐπ' αὐτοῦ Διονύσιος ἐτυράννει τῶν Σικελῶν, καθ' ὃν ὁ Πλάτων ἀποδημήσας ἱστορίας ἕνεκα τῶν λεγομένων Αἰτναίων κρατήρων τοῦ πυρὸς τῷ τυράννῳ γινώσκεται. ὃς καὶ ἐπερωτᾷ Πλάτωνα τίς εὐδαίμων ἐν ἀνθρώποις, ἐλπίζων ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ φιλοσόφου ὅτι σύ. ὁ δὲ εἶπε "Σωκράτης ἁπάντων, καὶ οἱ κατ' ἐκεῖνον ζῶντες φιλόσοφοι." καὶ αὖθις ἠρώτα τί ἔργον πολιτικόν, ποθῶν ἀκοῦσαι τὸ ὀρθῶς δικάζειν· ηὔχει γὰρ ἐπὶ τούτῳ Διονύσιος. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο "τὸ καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ποιεῖν τοὺς πολίτας." εἶτά φησι "τὸ ὀρθῶς δικάζειν τίνος ἔργον σοι δοκεῖ;" "μόριόν τι μικρὸν πολιτικοῦ τὸ δικάζειν ὀρθῶς· ἀκεσταῖς γὰρ
B ἐοίκασι τοῖς τὰ διερρωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσιν." καὶ τρίτον αὐτὸν ἐπανήρετο ὅ τι τύραννον εἶναι, φάσκων, ποταπόν σοι φαίνεται; πρὸς ὃν ἀντέφησε Πλάτων "σφόδρα δεινόν, ὅπου γε καὶ τὰ κουρευτικὰ μαχαίρια φοβεῖται."

Ἀρταξέρξης ὁ ἐπικληθεὶς Ὦχος ἔτη κς', Ἄρσης Ὦχος ἔτη β', Δαρεῖος Ἀρσάμου ἔτη ς'. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Μακεδόνος, περὶ οὗ ἐν ταῖς βασιλείαις εἰρήσεται πλατύτερον, Πέρσαις ἐπικειμένου Δαρεῖον οἱ περὶ τὸν Βῆσσον ἀναιροῦσιν ἐν Βάκτροις. καὶ καταλύεται ἡ Περσῶν βασιλεία, ἐφ' ὅλοις παρατείνασα ἔτεσι

Galatae et Celtae Romam dempto Capitolio ceperunt.

Aristoteles a 17 suae aetatis anno Platonis discipulus fuit.

Eo tempore Dionysius Siculorum fuit tyrannus. ad eum Plato profectus est, Aetnae dictos ignis crateras contemplandi studio, ac tyranni in notitiam pervenit. cum tyrannus interrogasset quis hominum felix esset, sperans sibi beatitatem assignatum iri, respondit Plato omnium felicissimum esse Socratem, et qui eius uterentur consuetudine philosophos. rursus interrogavit Dionysius quodnam officium esset hominis rem publicam gubernantis, cupiens sibi responderi id in recte iudicando consistere, qua re gloriabatur ipse. sed Plato respondit id in eo versari ut cives boni efficiantur. tum Dionysius "iudicia recte facere cuiusnam tibi videtur esse officium?" Plato "hanc" inquit "ego exiguam civilis scientiae partem esse iudico. nam iudices mihi sartorum similes videntur, qui laceras vestes consuunt." tertio Dionysius quaesivit quid rei tyrannidem putaret. Plato rem admodum miseram sibi videri respondit, quod ea etiam novaculas timeret.

Artaxerxes cognomento Ochus annos regnavit 26, Arses Ochus annos 2, Darius Arsamis F. annos 6. enimvero cum Alexander Macedo, de quo fusius in regnorum recensione dicetur, Persas premeret, Bessus Bactris Darium necavit; itaque regnum Persicum deletum est, cum quidem annos in universum 300 durasset, quorum 70 sunt exsilii Iudaici,

τριακοσίοις, ὧν τὰ μὲν τῆς μετοικεσίας ο', τὰ δὲ ἑξῆς σλ'. κόσμου C ἔτη ,δψμγ'.

Ῥωμύλος καὶ Ῥῶμος. οἱ αὐτάδελφοι οὗτοι ὑπὸ Ἰουλίας θυγατρὸς Ἀμουλίου, ἱερείας τοῦ Ἄρεος οὔσης καὶ ὑπό τινος στρατιώτου πορνευθείσης, δίδυμα ἐγεννήθη. ὁ τοίνυν πάππος Ἀμούλιος διὰ τὴν πορνείαν παροξυνθεὶς εἰς τὰς ὕλας αὐτοὺς ἐξέθετο· οὓς εὑροῦσα γυνὴ πρόβατα νέμουσα ἐν τῷ ὄρει ἀνεθρέψατο. εἴθιστο δὲ τοῖς ἐγχωρίοις λυκαίνας τὰς τοιαύτας καλεῖν γυναῖκας διὰ τὸ ἐπίπαν ἐν τοῖς ὄρεσι μετὰ λύκων διατρίβειν· διὸ καὶ τούτους ὑπὸ λυκαίνης ἀνατραφῆναι μυθολογεῖται. οὗτος ὁ D Ῥωμύλος Ῥώμην κατεσκεύασε, τῇ οἰκείᾳ προσηγορίᾳ ταύτην καλέσας. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ ἐχέφρονας ἐπιλεξάμενος ἑκατὸν πατρικίους αὐτοὺς καὶ προέδρους τῶν κοινῶν ἀπέφηνε πραγμάτων, καὶ σενάτορας καὶ βουλευτὰς διὰ τὴν ἡλικίαν τοὺς ἄνδρας ὠνόμασεν. ἐκ τούτων δὲ δέκα τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος πατρικίους ἐκάλεσεν ἐκ μεταφορᾶς τῶν πατέρων. τριακοσίους δὲ ἱππεῖς καὶ τρισχιλίους πεζοὺς πρὸς τὴν τῆς πόλεως φρουρὰν ἀπεγράψατο στρατιώτας. εἰς φυλὰς δὲ τέσσαρας τὸ τοῦ δήμου διένειμε πλῆθος. τῷ δὲ Διὶ Πίκῳ μέγαν ναὸν ᾠκοδόμησε, καὶ εὑρηκὼς τὰ P 147 τοῦ Ἡρακλέους ὅπλα τοῦ ἐκ Πίκου Διὸς γενομένου ἐκεῖ ταῦτα ἀπέθετο. ἀνενέωσε δὲ καὶ τὸ ἀπὸ Πάλαντος καλούμενον παλάτιον. τῷ δὲ Ἄρει ᾠκοδόμησε ναόν, ὃν ἐγκαινίζοντες ἐν μηνὶ τῷ παρ' αὐτοῖς πρῶτον πρίμῳ καλουμένῳ, Μάρτιον μετωνόμασε τὸν μῆνα, ὃ ἑρμηνεύεται Ἄρης. ἐν ᾧ καὶ τὸ Παλλάδιον ἀπέθετο τὸ

**reliqui 230. pertinuit usque ad annum mundi quatermillesimum septingentesimum quadragesimum tertium.**

**Romulum et Remum fratres germanos Iulia Amulii filia, Martis sacerdos, a quodam milite constuprata uno partu edidit. avus Amulius stupro irritatus eos in silva exposuit. eos mulier oves pascens invenit et in monte educavit. mos erat eorum locorum hominibus id genus mulieres lupas appellare, quod perpetuo in montibus inter lupos agerent: inde fabula est gemellos istos fuisse a lupa enutritos. is Romulus urbem Romam a se denominatam condidit. centum viros aetate et prudentia praestantes delegit, quos patricios et in rei publicae tractatione praesides, eosdemque senatores ab aetate nominavit. horum decem primarios delegit, quos a patrum officio ducta translatione patres dixit. conscripsit etiam exercitum urbi praesidio futurum, trecentis equitibus ac tribus peditum milibus constantem. multitudinem populi in quattuor tribus distribuit. Iovi Pico magnum templum condidit, atque ibi Herculis, Iovis Pici filii, arma a se alicubi reperta consecravit. instauravit etiam Palatium a Palante sic appellatum. Marti quoque aedem aedificavit, quam cum dedicarent eo mense qui ante ipsis primus dicebatur, mensi a deo nomen Martii imposuerunt. ea in aede Palladium**

ἀπὸ Τροίας. Ῥῶμος ἐπαναστὰς Ῥωμύλῳ πεφόνευται. οὗ γενομένου οὐ διέλιπον ἐν τῇ πόλει γίνεσθαι σεισμοὶ καὶ θόρυβοι καὶ ἐμφύλιοι πόλεμοι, ἄχρις οὗ ἐκ τοῦ μαντείου τῆς Πυθίας ἔμαθεν ὅτι διὰ τὸν φόνον τοῦ ἀδελφοῦ σου ταῦτα γίνεται, καὶ οὐ παύσονται εἰ μὴ συγκαθεσθῇ σοι ἐν τῇ βασιλείᾳ. ποιήσας οὖν στή- B λην χρυσῆν ἐκτυποῦσαν τὸ πρόσωπον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, παρεσκεύασε τίθεσθαι αὐτὴν ἔνθα ἂν αὐτὸς ἦν. ἐκέλευσε δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ τοῦτο ποιεῖν· καὶ εἴ τι ἂν προσέταξεν, ὡς ἀπὸ τῶν δύο ἀπέφαινεν, οἷον ἐκελεύσαμεν, ἐθεσπίσαμεν, ἐπετρέψαμεν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ σεισμοὶ καὶ αἱ ταραχαὶ τῆς πόλεως ἐπαύσαντο. οὗτος κτίζει πρῶτον ἱππικὸν ἐν πόλει Ῥώμῃ, ὃ κερκίσιον Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ ἡλίου, διελὼν τὴν Ῥώμην εἰς μέρη τέσσαρα, εἰς τιμὴν τῶν τεσσάρων στοιχείων, γῆς θαλάσσης ἀέρος καὶ πυρός. τυποῖ δὲ τὰς μὲν δώδεκα θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, τὸ δὲ πέλμα τὴν γῆν πᾶσαν C εἶναι, τὸν εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολήν, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ σφενδόνῃ τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἑπτὰ σπάτια τὸν δρόμον τῶν ἑπτὰ πλανήτων, τὸν δὲ ἀέρα οὐρανόν. καὶ ἐπέθηκε τοῖς μέρεσι τὰ ὀνόματα ταῦτα, τῇ γῇ τὸ πράσινον, ὅ ἐστι χλοῶδες, τῇ θαλάσσῃ τὸ βένετον, καθό εἰσι τὰ ὕδατα κυανᾶ, τῷ πυρὶ τὸ ῥούσιον καὶ τῷ ἀέρι τὸ λευκόν. τὸ δὲ πράσινον ἐκάλεσε ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ πρεσέντου διὰ τὸ εἶναι παράμονον· ἴδιον γὰρ τῆς γῆς τὸ χλοῶδες διὰ παντός. τὸ δὲ βένετον ἀπὸ τῆς Βενετίας. καὶ προσεκόλλησε τῇ γῇ

Troia olim allatum, tunc repositum fuit. Remus contra Romulum insurgens occisus fuerat. ex eo Romae motuum tumultuum et seditionum finis nullus fuit, donec Pythiae oraculum Romulo significavit haec ob Remi caedem evenire, neque finem fore, nisi frater ipsi regnanti collega assideret. eapropter Romulus auream statuam fecit, fratris effigiem repraesentantem, eamque iuxta suam collocari iussit. idemque proceribus mandavit, et in responsis suis se alterumque auctorem edixit, ita loquens "iussimus, decrevimus, permisimus." hoc modo urbis motus ac tumultus finiti sunt. idem primus equestrem aream Romae condidit, a Romanis Circum dictam, ad Solis ferias celebrandas. urbem in quattuor partes divisit, in honorem quattuor elementorum, terrae maris aëris et ignis. Circum sic instituit ut duodecim ianuae duodecim domos signiferi caelestis circuli denotarent, solum terram, euripus mare a terra media interceptum, flexus qui ad fores est, ortum solis, qui ad fundam, occasum; septem spatia cursum septem planetarum, aër caelum. imposuitque partibus haec nomina, terrae viride, qui est herbae color, mari caeruleum, quia is est aquarum color, igni roseum, aëri album. prasini nomen a praesentia est deductum, quod nimirum terra perpetuo vireat, venetum a Venetia. terrae album, id est aërem,

τὸ λευκόν, τουτέστι τὸν ἀέρα, διότι ἑκάτερα τῆς ἀλλήλων συγκράσεως δέονται. ὁμοίως καὶ τὸ ῥούσιον τῷ κυανῷ ὑπέταξε, διότι D τὸ πῦρ ὑπόκειται τῷ ὕδατι. ἐπετέλεσε δὲ καὶ τὰ καλούμενα βρουμάλια, καθάπερ οἱ γεωργοὶ μετὰ τὴν γηπονίαν ἀναπαυόμενοι ἀμοιβαδὸν ἑαυτοὺς ἀπέτρεφον πανηγυρίζοντες καὶ ἀγραυλοῦντες ἐπὶ τοῖς ἀλλήλων ὀνόμασιν. ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥώμην λαοῦ ἐνέπλησε, πολιτῶν τὸ πρῶτον σπανίζουσαν. καὶ νόμον τίθησι τοὺς παῖδας ἐν οἰκετῶν μοίρᾳ τοῖς πατράσιν ὑπείκειν· ὃς μέχρι τοῦ παρόντος παρὰ Ῥωμαίοις κρατύνεται. αὐταρχήσας δὲ λζ´ ἔτη Ῥωμύλος καταλύει τὸν βίον. οὗτος μετωνόμασε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἔθνος τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Ῥωμαίους, πρότερον λεγομένους Λατίνους, πρὸ δὲ τούτου Ἀβοριγίνας.

Νουμᾶς Πομπίλιος Σαβῖνος μετὰ Ῥωμύλον ἐβασίλευσε. P 148 πόλεμον μὲν οὐδένα πώποτε διῳκήσατο, τὰ δὲ κατὰ πόλιν εἰς τὸ ὠφελιμώτερον διεκόσμει, νόμους ὅτε καθιστὰς πολιτικοὺς καὶ ἡμέρους, δι' ὧν ἀστείους τε καὶ φιλανθρώπους τοὺς πολίτας ἀπειργάζετο. ἐνιαυτόν τε πρῶτος εὕρατο, ἱερά τε πλεῖστα καὶ τεμένη θεῶν ἱδρύσατο. καὶ τὰς Ἑστιάδας παρθένους τοῦ πυρὸς καὶ ὕδατος τὴν ἐπιμέλειαν ἔχειν ἐπέτρεψεν, αἳ διὰ τοῦ βίου τὴν παρθενίαν ἐφύλαττον· εἰ δὲ μή, λίθοις κατεχώννυντο. καὶ τὸ Καπιτώλιον, ὅπερ κεφαλὴν πόλεως σημαίνει, ἐκ θεμελίων ᾠκοδόμησε. καὶ τῷ ἐνιαυτῷ δύο μῆνας προσέθηκε, τὸν Ἰανουάριον B καὶ τὸν Σεξτίλιον, δεκαμηνιαίου τοῦ ἐνιαυτοῦ πρὸ τούτου χρημα-

15 ἅτε?

copulavit, quod utrumque alterius temperatione opus habeat. ita etiam roseum caeruleo subdidit, quia ignis aëri est subiectus. brumalia etiam instituit, quibus diebus agricolae operis defuncti ac quietem nacti vicissim alii apud alios epulando festos dies agunt pernoctantque alter alterius nomine. effecit etiam ut Roma civium prius inopia laborans frequentaretur. legemque tulit ut filii servorum more patriae potestati subiicerentur; quae lex etiamnum apud Romanos valet. regno in Romanos functus Romulus annos triginta septem e vita excessit. is urbem a suo nomine denominavit, ac gentem Romanam: prius enim Latini et antiquitus Aborigines appellabantur.

Post Romulum rex factus Numa Pompilius Sabinus nullum plane bellum gessit, sed res urbanas utilissime constituit. etenim leges posuit civiles atque pacatas, quibus ad humanitatem et civilitatem cives adduxit. anni primus fuit inventor; plurima fana lucosque deorum dedicavit. instituit etiam Vestales virgines, quae ignis atque aquae curam gererent, virginitatemque toto vitae decursu conservarent: quae eam prodidisset, ea lapidibus obrueretur. Capitolium (id vocabulum caput urbis notat) ex fundamentis exstruxit. anno, qui eousque fuerat decem mensium usurpatus, duos apposuit menses, Ianuarium et Sextilem. ab

τίζοντος. οὗτος ἐκ τῶν Ἰσαύρων τὴν τῆς χλαμύδος στολὴν φορεῖν ἐφεύρατο. καὶ ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσήμου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος Ῥωμαίοις ἐχαρίσατο, πρὶν διὰ σκυτίνων καὶ ξυλίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων· ἅπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμία ἐκάλεσεν. οὕτως μὲν οὖν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ἰσχυρὰ ταχέως καὶ εὔκοσμος ἡ πόλις ἐγένετο, τοῦ μὲν τὰ πολιτικὰ καὶ εἰρηνικὰ ἐκτυπώσαντος, τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰ πολεμικά. δυναστεύσας δὲ Νουμᾶς τῆς Ῥώμης ἔτη μζʹ νόσῳ τελευτᾷ.

C Τοῦλλος Ὁστίλιος ἔτη λβʹ. οὗτος τὸ τῆς Ῥώμης πόλισμα εὐρύτερον κατασκευάζει, λιμένα τε καὶ γέφυραν ποιήσας. κεραυνῷ βληθεὶς αὐτοῖς ἅμα τοῖς βασιλείοις καταναλίσκεται.

Ἄγκος Μαρκίων ἔτη κδʹ βασιλεύει Ῥώμης, ὃς ἐκ θυγατρὸς Νουμᾶ Πομπιλίου γέγονεν. οὗτος τὸ τῆς Ῥώμης τείχισμα πρὸς τοῖς εἰρημένοις πλατύνας, καὶ τὸν ποταμὸν Τίβεριν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τειχίσας, ἐπ' αὐτῆς τῆς ῥαχίας ἀνίστησι πόλιν, ἣν Ὀστίαν ἀπὸ τῆς θέσεως προσηγόρευσεν, ὃ σημαίνει θύραν, ἑκκαίδεκά που σημείοις ἀπέχουσαν Ῥώμης. οὗτος νόσῳ τελευτᾷ.

Πρίσκος Ταρκύνιος Ῥώμης ἐβασίλευσε μετὰ τοῦτον, ὃς τὴν
D Ῥώμην τείχει μεγάλῳ ὠχύρωσε, περιγραφήν τινα μόνην τοῦ προτέρου ἐπισημήνας. καὶ τὰς ὑπονόμους τάφρους δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν τὸ ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ ὀχετεύεται, ἔργον ἐς τὰ μάλιστα τῇ πόλει χρήσιμον, κατεσκεύασεν. οὗτος λθʹ ἔτη τῆς ἀρ-

2 ἀσημίου P

Isauris laenae gestationem sumpsit. primus Romanis asses ex argento et aere cusos largitus est, cum ii necessitatibus suis antehac coriaceis ligneis testaceisque pecuniis usi essent; assesque a suo nomine numos nuncupavit. ita horum duorum regum industria urbs celeriter et robur et ornatum est adepta, cum prior bellicas res, posterior civiles et paci aptas instituisset. mortuus est Numa ex morbo, cum regno Romano annos quadraginta septem praefuisset.

Post hunc Tullus Hostilius annos triginta duos. is urbem Romam ampliorem fecit portuque et ponte auxit. post fulmine ictus cum regia conflagravit.

Inde Romae regnavit annos viginti quattuor Ancus Marcius, Numae Pompilii sorore natus. is pomoerium urbis Romae post superiores protulit, et ad ostia Tiberis fluvii urbem exstruxit, Ostiae (quasi si ianuam dicas) nomine. abest ab urbe sedecimum circiter lapidem. hunc regem morbus sustulit.

Successit ei in regnum Tarquinius Priscus. hic Romam magno muro muniit, prioris muri tantum delineatione quadam expressa. atque idem subterraneos cuniculos fecit, per quos aqua ex vicis in Tiberim deveheretur, opus apprime urbi conducibile. cum regnum per annos

χῆς κρατήσας ὑπὸ τῶν Μαρκίου παίδων, τοῦ πρότερον δυναστεύοντος τῆς Ῥώμης, ἀναιρεῖται.

Σέρβιος Τούλλιος τὴν ἡγεμονίαν ἐκδέχεται, τεχθεὶς ἐκ γυναικὸς εὐγενοῦς μὲν αἰχμαλώτου δὲ καὶ δούλης κατὰ τὴν συμφορὰν νενομισμένης, ἥτις εἰς Ῥώμην ἀχθεῖσα ἔγκυος, μικρὸν ὕστερον τεκοῦσα, Σέρβιον τὸ τεχθὲν ἐπωνόμασεν, ὡς ἂν εἰ εἴποιμεν δούλειον. οὗτος ἔτι προσέθηκε τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, καὶ τάφρον ὅτι μεγίστην περὶ τὸ τεῖχος ἤλασε. καὶ πρῶτος ἁπάντων τὸ τῶν P 149 Ῥωμαίων πλῆθος ἀριθμηθεὶς εὗρεν ὀκτὼ μυριάδας πολιτῶν οὔσας σὺν τρισχιλίοις ἀνδράσι, πρὸς τοῖς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν διαιτωμένοις. οὓς εἰς λόχους κατανείμας, καὶ ταῖς οὐσίαις ἑκάστου τιμήματα πρὸς λόγον τῆς δυνάμεως ἐπιθείς, δικαιότατον ἁπάντων πολίτευμα καὶ πολυωφελέστατον εἰσηγάγετο. ταύτῃ γὰρ τῇ διακοσμήσει τάς τε τῶν στρατιωτῶν καταγραφὰς καὶ τὰς τῶν εἰσφορῶν συντάξεις καὶ τὰ τιμήματα τῶν βίων ἐποιεῖτο· τέσσαρα γὰρ οὗτος τὰ τιμωρημάτων ἐφεῦρεν ὄργανα. καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῆς ἀρχῆς κρατήσας διαφθείρεται, δολοφονηθεὶς ὑπὸ Ταρκυνίου Σουπέρβου.

Ταρκύνιος Σούπερβος. οὗτος εὐθὺς πάντας ἐκίνησεν ἐπὶ B τὸ αὐθαδέστερον, καὶ βαρυτέραν τὴν πολιτείαν ἀπέφηνε, τούς τε νόμους μεταθεὶς καὶ ἄρχοντας προβαλλόμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὸν δῆμον δεσμοῖς παντοίοις καὶ μεγάλοις καὶ κολάσεσι καὶ ἐξορίαις

16 τιμημάτων Xylander

**triginta novem tenuisset, a Marcii, cui successerat, filiis interemptus est.**

**Eius morte regnum ad Servium Tullium est devolutum. mater eius nobilis quidem fuit, sed captiva et serva ob calamitatem habita. ea cum Romam praegnans esset adducta ac paulo post pareret, filium Servium nominavit a servili condicione. is quoque urbis magnitudinem adauxit, fossamque maximam moenibus circumdedit. primusque omnium censum multitudinis Romanae egit. censa sunt civium octoginta tria milia, praeter eos qui rure vivebant. eam multitudinem in classes distribuit, singulisque censu pro ipsorum habitu iniuncto, iustissimae iuxta longeque utilissimae constitutionis auctor fuit, qua et scribendi exercitus rationem et tributi collationem et facultatum cuiusque aestimationem expedivit. quattuor enim hic invenit census instrumenta. cum annos quadraginta regnasset, per dolum est a Tarquinio Superbo necatus.**

**Tarquinius Superbus regno potitus omnia pro sua voluntate agere coepit, rei publicaeque gubernationem civibus molestiorem reddidit, cum et leges refigeret, et magistratus constitueret, quorum opera populares variis vinculorum generibus, metallariis operis, multis atque exsi-**

αἰκιζόμενος· αὐτὸς γὰρ ἐξεῦρε δεσμά, μάστιγας, ξύλα, εἱρκτάς, φυλακάς, κλοιούς, πέδας, ἁλύσεις, ἐξορίας, μέταλλα καὶ εἴ τι ἄλλο κακόν. φιλοπόλεμός τε εἰ καί τις ἄλλος πώποτε γέγονεν, ὑπερόπτης τε καὶ ἀλαζών. ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἀπηνέγκατο· σουπέρβους γὰρ τοὺς ὑπερηφάνους Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσιν. C οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις μισηθεὶς διά τε τἄλλα καὶ διὰ τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Ταρκύνιον, ὃς καὶ γυναῖκα Λατίνου Λουκρητίαν λεγομένην εὐγενῆ παρὰ Ῥωμαίοις νυκτὸς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου πορευθεὶς πρὸς βίαν ᾔσχυνεν. ἡ δὲ τὸ περὶ αὐτὴν ἀδίκημα τῷ τε ἀνδρὶ μικρὸν ὕστερον ἐπανελθόντι καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ λοιπῇ κατεμήνυσε συγγενείᾳ· καὶ ἐπαρασαμένη πολλὰ τοῖς ἐφ᾽ αἵματος, εἰ τὴν συμφορὰν αὐτῆς καταλίποιεν ἀτιμώρητον, ξίφος σπασαμένη ὅπερ ὑπὸ τοῖς κόλποις ἀφανῶς ἔφερεν, ἑαυτὴν ἐν ὄψει τῶν παρόντων κατειργάσατο. τοῦτο πᾶσαν τὴν πόλιν εἰς ὀργὴν ἀνῆψεν, D ἀλλὰ καὶ Βροῦτον προσήκοντα μὲν κατὰ γένος ἐκείνῃ, ἄνδρα δὲ δημοτικόν τε καὶ μισοτύραννον, ὃς μάλιστα τὸ πλῆθος εἰς τὴν τοῦ βασιλέως ἤγειρεν ἀποστασίαν. ἀφείλετό τε τῆς ἐξουσίας πάσης Ταρκύνιος· ἅμα γὰρ τῇ κατὰ τὴν πόλιν ἐπαναστάσει, καὶ ἡ πρὸς Ἀρδέαν οὖσα στρατιὰ Ῥωμαίων ἀπολιποῦσα τὸν τύραννον ᾤχετο, οὐδὲν οὔτε ἀνακαλοῦντος οὐδὲ μένειν δεομένου πεφροντικυῖα. Ταρκύνιος δὲ τοῖς παροῦσιν ἀμηχανῶν ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς παύσων τῇ παρόδῳ τὴν ταραχὴν καὶ τὴν δυναστείαν μετὰ πειθοῦς ἀναληψόμενος· ἀπεωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν

17 ἀφῄρητο?

liis iniuriose puniret. etenim vincula, flagella, ligna, carceres, custodiae, numellae, compedes, catenae, exsilia, metalla et si qua alia sunt mala, huius sunt inventa. erat autem, ut quisquis unquam alius, belli studiosus, contemptor hominum et arrogans: unde et superbi cognomentum ei Romani fecerunt. cum in odio esset Romanorum, id quoque ad ea accessit quod cognominis eius Tarquinius noctu ab exercitu reversus Lucretiam Collatini uxorem, nobilem matronam, per vim compresserat. quod illa flagitium marito paulo post reverso patrique et omnibus cognatis aperuit; multaque dira propinquis suis imprecata, siquidem hanc suam calamitatem inultam dimitterent, gladio, quem occulte in sinu gestabat, educto se in conspectu ipsorum necavit. id factum totam civitatem odio Tarquinii inflammavit; et Brutus Lucretiae propinquus, vir popularis ac tyrannis infensus, maiorem in modum cives ad defectionem a rege faciendam commovit. ita omni potestate sua Tarquinius est exutus. simul enim atque Romae contra eum cives insurrexerunt, exercitus quoque Romanus qui tum apud Ardeam erat tyrannum deseruit, neque revocantem neque ut manerent hortantem quicquam moratus. Tarquinius consilii eo eventu inops, cum Romam contenderet spe adventu suo tumultus sedandi et regnum recuperandi, a

ἀπεχώρει σὺν τοῖς οἰκείοις, βασιλεύσας ἔτη κδ΄. καθ᾽ ὃν δὴ χρόνον ἡ πόλις ἀπελύθη τῆς τυραννίδος.

Δημοκρατία δὲ τὴν Ῥώμην ἐπὶ χρόνους τεσσαράκοντα τρεῖς P 150 δυσὶ στρατηγοῖς ἐνιαυσιαίαν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ἐφύλαττεν, οὓς κονσούλους οἷα δὴ στρατηγοὺς καὶ προβούλους καὶ προηγόρους ὠνόμαζον· ὑπάτους δὲ τούτους οἱ Ἕλληνες λέγουσιν. ἐπὶ ταύτης τῆς δημοκρατίας οἱ Γάλλοι τυραννήσαντες κατὰ Ῥωμαίων ἔρχονται. καὶ Μάλιον στρατηγὸν οἱ Ῥωμαῖοι κατ᾽ αὐτῶν στέλλουσιν, ὃς καὶ τροπωσάμενος αὐτοὺς ὑπέστρεψεν. ἦν δέ τις ἐκ τοῦ μέρους τῶν Γάλλων καταγόμενος συγκλητικός, Φεβρουάριος ὀνομαζόμενος. οὗτος Μαλίου τοῦ καὶ Καπιτωλίνου ἐν Κομέντῳ ποτὲ εἰσελθόντος B καὶ ἀγαθὰ συμβουλεύσαντος, ὁ Φεβρουάριος πικρῶς ὠνείδισε Μάλιον ὡς ἀνταρσίαν μελετῶντος. διὸ καὶ ἀποδοκιμάζεται Μάλιος καὶ τῆς ὑπάρξεως διῄρηται. μετὰ ταῦτα τῶν Γάλλων νυκτὸς τὴν Ῥώμην καταδραμόντων ἐν χειμῶνι καὶ τοὺς φύλακας ἀποκτεινάντων καὶ ἐν τῷ μέσῳ τῆς πόλεως πάντας ἀναιρούντων, τῶν δὲ δυναμένων εἰς τὸ Καπιτώλιον φυγόντων, Μάλιος ὁ καὶ Καπιτωλῖνος τοῦτο διεγνωκὼς οὐ τοῖς λελυπηκόσιν ἐνεκότησεν, ἀλλ᾽ ὅσους ἠδυνήθη τῶν πολιτῶν καὶ ἐγχωρίων συλλέξας, καὶ ἀπροόπτως τοῖς Γάλλοις ἐπιπεσών, πάντας μετὰ τοῦ ῥηγὸς Βρίσου ἀπέκτεινε καὶ C τὴν πόλιν τῆς συμφορᾶς ἐλυτρώσατο. διὸ καὶ Μάλιος μόνος ἐψηφίσθη τὰ τῶν Ῥωμαίων διοικεῖν. καὶ εὐθὺς τὸν ἐχθρὸν Φεβρουάριον κατασχών, δι᾽ ὃν καὶ ἐπεφυγάδευτο, καὶ ἐκβαλὼν

14 ἐστέρηται Xylander

civibus repulsus cum familia discessit, regno annos viginti quattuor gesto. eo tempore tyrannidis Roma iugum excussit.

Inde populi in re publica potestas Romam annos quadraginta tres conservavit, duobus quotannis imperium gerentibus, quos ut duces, ac qui consilio praeirent, consules appellabant: Graeci hypatus, quasi dicas summos, nominant. eo rei publicae statu Galli grassantes Romanum imperium adorti sunt. contra quos missus cum exercitu a Romanis Manlius iis pulsis rediit. erat quidam tum in senatu Februarius Gallicarum partium. is, cum in Comitium venisset Manlius, cui cognomentum est Capitolini, utilisque sententiae auctor fuisset, peracerbe insectatus eum est, regnum ab ipso affectari dictitans. quo factum est ut solum vertere Manlius cogeretur et bona eius publicarentur. secundum haec, hiberna nocte Galli Romam aggressi vigiles obtruncaverunt, magnamque in media urbe civium caedem ediderunt, nisi quos fuga in Capitolium facta servavit. ea re cognita Manlius Capitolinus, acceptae iniuriae oblitus, quantam potuit civium et incolarum manum coegit, Gallosque de improviso adortus universos una cum eorum rege Briso interfecit, urbemque calamitate liberavit. ob id dictator Romae creatus statim inimicum suum Februarium, exsilii sui auctorem, apprehendit,

ἔξω τῆς πόλεως γυμνόν, ψιάθῳ θρυΐνῳ περιβεβλημένον καὶ σχοινίῳ τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένον ὡς παίγνιον, καὶ ῥάβδοις τυπτόμενον, τοῖς καταχθονίοις αὐτὸν θεοῖς δοθῆναι θυσίαν προσέταξε. Σεξτίλιος ἦν τότε μήν, ὃν ὡς κολοβὸν ὁ Μάλιος Φεβρουάριον ἐπωνόμασεν. ὅθεν καὶ κατ' ἔτος ψίαθον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς προτιθέντες Ῥωμαῖοι τύπτουσι ῥάβδοις, ἐπιφωνοῦντες "ἔξελθε Φεβρουάριε τῆς πόλεως."

D Ἐπὶ τοῖς τῆς δημοκρατίας χρόνοις ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου Νεκτεναβὼ μὴ φέρων τὴν ἔφοδον τοῦ Ἀρταξέρξου, παραλαβόντος τότε τὴν Αἴγυπτον, κειράμενος τὴν κόμην καὶ τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας ἀμείψας κατέλαβε τὴν Πέλλην, πόλιν Μακεδονίας ἀγχοῦ Θεσσαλονίκης κειμένην, φαντασίας τινὰς καὶ μαγείας Αἰγυπτιακὰς ἐνδεικνύμενος καὶ προαγορεύων τὰ μέλλοντα. γνώριμός τε ἐντεῦθεν Φιλίππῳ καὶ Ὀλυμπιάδι γενόμενος ἐθρυλλήθη ὡς διά τινος μαγγανείας τῇ Ὀλυμπιάδι ἐμίγνυτο καὶ υἱὸν ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τὸν Ἀλέξανδρον. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι Ἀλέξανδρος ἐξ Ἡρακλέος τὸ πρὸς πατρὸς εἷλκε γένος, πρὸς μητρὸς δὲ Αἰακιδῶν. ἔνιοι δὲ τοῦτον ὑπὸ Ἄμμωνος τοῦ Διὸς συλληφθῆναι μυθεύονται.
P 151 τότε καὶ ἡ Ῥόδος ὑπὸ σεισμοῦ κατηνέχθη καὶ ἡ στήλη τοῦ κολοσσοῦ.

Φίλιππος δὲ τῆς Μακεδονίας βασιλεύσας χρόνους κα', πολλὴν τῆς Ἑλλάδος καταστρεψάμενος μοῖραν, ἐπὶ τοῦ πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν Δημοσθένην πολέμου τὸν δεξιὸν τῶν ὀφθαλμῶν

nudumque eum urbe eiecit, storea iuncea opertum ac fune lumbos praecinctum per ludibrium, virgisque eum caesum diis manibus immolari iussit. actum est hoc mense Sextili, quem, ut mutilum, Manlius Februarium denominavit. exinde quotannis Romani stoream in foro propositam virgis caedunt, acclamantes "Februari exi urbe."

Quo tempore penes populum potestas summa Romae fuit, eo rex Aegypti Nectenabo, Artaxerxis qui tum Aegyptum occupabat impetum non sustinens, tonsa coma et regio habitu mutato Pellam venit, quae urbs est Macedoniae, non procul Thessalonica. ibi praestigias quasdam et magicas Aegyptiorum artes exercens ac futura praedicens, indeque Philippo et Olympiadi notus, creditus est quarundam praestigiarum ope cum Olympiade concubuisse et ex ea Alexandrum genuisse. Diodorus Alexandrum genus paternum ab Hercule traxisse, materno Aeacidam fuisse ait. sunt qui Iovem Ammonem eius patrem faciant. tunc etiam Rhodus terrae motu est concussa, ac colossus corruit.

Philippus cum regnum Macedonicum annos 21 tenuisset, magnam Graeciae partem subegisset, in bello contra Athenienses et Demosthe-

ἐκκοπείς, ὑπὸ Παυσανίου τοῦ ἰδίου ὑπασπιστοῦ διαφθείρεται. καὶ μένει ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τετραετίαν γυμνή.

Ἄρτι δὲ τοῦ Φιλίππου [τοῦ] παιδὸς Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας προελθόντος, οἱ πρῶτοι τῶν Μακεδόνων αὐτὸν αἱροῦνται εἰς βασιλέα. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν προῆλθεν Ἀλέξανδρος, κατ' ἀμφοῖν τὸ γένος ἐσέμνυνεν. οὐδὲ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ ἄνδρα τοσούτοις κατορθώμασι πλεονεκτοῦντα. B ὡς γὰρ Δέξιππος ἱστορεῖ, πᾶσαν ἄσκησιν ἠσκήθη σωματικήν, Ἀριστοτέλους γνησιώτατος γεγονὼς φοιτητής, εἴς τε λόγους ἄριστος καὶ εἰς ἔργα ἐπαινούμενος εὑρέθη. τὰ δὲ πολεμικὰ θαυμαστῶς ὑπελθὼν πειθοῦς ἄξια διεπράξατο. βασιλεύσας γὰρ χρόνους ὀκτὼ τοὺς Μακεδόνας καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Θρᾶκας ὑπέταξε, τὴν Ἑλλάδα κατέστρεψε, καὶ τοὺς τοῦ πατρὸς φονέας τιμωρησάμενος καὶ τοὺς Παίονας ὑποτάξας ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαπερᾷ. καὶ τὴν Πριάμου πόλιν καὶ τὰς ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ὑποτάξας ἐπὶ Κιλικίαν ἀφικνεῖται, καὶ τὸν Δαρεῖον καταπολεμήσας καὶ ἡττήσας C ἀμύθητον φόνον ἐργάζεται. τὰς παραλίους Φοινίκης παραλαμβάνει πόλεις. ἔνθα καὶ Σάτυρον βλέπει καθ' ὕπνους, ἐν τῇ πορθήσει Τύρου, φήσαντος αὐτῷ τοῦ ὀνειροκρίτου "σὰ Τύρος, Ἀλέξανδρε." ἣν ἅμα Σιδῶνι δῃώσας, ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐλθὼν καὶ ταύτην ἑλών, ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως Ἀδδῶ τιμηθείς, θύσας τῷ θεῷ ὡς παρ' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην προσειληφώς, Ἀνδρόμαχον τῶν τόπων ἐπιμελητὴν κατέστησεν· ὃν ὕστερον Σαμαρεῖται ἀποκτείναντες δίκας ἔτισαν. ἐπὶ τούτοις Γάζαν καὶ Κυρήνην καὶ τὴν

nem dextrum oculum amisisset, a Pausania satellite suo est interfectus. quadriennium inde Macedonia rege caruit.

Alexandrum eius filium, ut primum is ex ephebis excessit, Macedonum principes regem sibi delegerunt. Alexander regno inito maioribus ab utraque parte suis dignum se praebuit. nemo enim unquam vir ab omni hominum memoria fuit tot tantisque rebus gestis insignis. Dexippus scribit omnibus corporis exercitationibus fuisse eum exercitatum. Aristotelis diligentissimus fuit discipulus. neque oratione tantum, sed et factis laudem meruit. re bellica mirum in modum polluit, gessitque res stupendas. octennio enim sui regni Macedonas Illyrios ac Thraces subiugavit, Graeciam domuit, patris percussores ultus est, Paeonibusque subactis, in Asiam traiecit. ibi Ilio et Sardibus captis in Ciliciam profectus Darium debellavit, ingente hostium edita strage. tum maritimas Phoeniciae urbes recipiens in oppugnatione Tyri Satyrum per quietem vidit: quod insomnii coniector ita exposuit, Sa Tyros, tua est Tyrus. Tyro ergo ac Sidone vastatis in Iudaeam venit, eaque potitus, ab Addone pontifice maximo honorifice exceptus, deo rem sacram fecit, quod nimirum ab ipso orbem terrarum in suam potestatem accepisset. ac Iudaeae Andromachum praefecit; quem Samaritae postea cum occidissent, impune id factum non tulerunt. post haec Gaza Cy-

Γαλιλαίαν ἑλὼν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀφίκετο. ἔνθα τήν τε ἄνυδρον
D χώραν καὶ τὴν πικροτάτην λίμνην τό τε ἱερὸν Ἄμμωνος καὶ ὅσα παρ' Αἴγυπτον μυθεύεται θεασάμενος, καὶ ἱεροῖς ἀναθήμασι τιμήσας, πρὸς τῷ τῆς θαλάσσης στόματι πόλιν ἐπώνυμον ἑαυτῷ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κτίζει, τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. καὶ διὰ τῆς τοῦ Νείλου διώρυγος ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσυρίων γῆν ἔρχεται, καὶ πολεμήσας Δαρεῖον ἑκατὸν λ' χιλιάδας Ἀσσυρίων διαφθείρει. αὐτὸς δὲ Δαρεῖος φεύγων ὑπὸ ἰδίου σατράπου (ὄνομα τούτῳ Βέσος) τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεθεὶς τελευτᾷ. ἀλλ' ὁ μὲν σατράπης δίκας ἔτισε, τὸ δὲ Δαρείου σῶμα ἐντίμως κηδεύεται. τήν τε Περσέπολιν διαβάς, ἔνθα τὰ Περσῶν βασίλεια, αὐτήν τε εἷλε καὶ Σοῦσαν καὶ τὰς Δαρείου θυγατέρας ἅμα τῇ μητρὶ καὶ μάμμῃ.
P 152 καὶ καταλύσας τὴν Περσῶν ἀρχὴν διαρκέσασαν ἀπὸ Κύρου ἔτη σδ', τάς τε πόλεις πυρπολήσας καὶ τὸν ἐν αὐταῖς ἀφελόμενος πλοῦτον, πρὸς Μάρδους καὶ Κεδρουσίους καὶ Ὑρκανοὺς καὶ τοὺς λεγομένους Ἀριμασπούς, ἐξ ὧν Θαλευτὴν τὴν Ἀμαζόνα σύμμαχον ἐδέξατο, Παραπανίταις τε καὶ τοῖς περὶ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὴν λεγομένην ἄορνον πέτραν ἐπεφοίτησε, πρός τε τὴν Ἰνδῶν χώραν, ἧς Πῶρος ἐβασίλευσεν, ἀνὴρ εἴδει τε καὶ ἔργῳ μέγιστος, ὃς καὶ εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλεξάνδρου, πολλούς τε τῶν Ἰνδῶν ζημιωθεὶς καὶ τρωθεὶς τὸν ἀγκῶνα, σὺν τῷ ἐλέφαντι κατέπεσε, πολλῆς τε θεραπείας τυχὼν σύμμαχος Ἀλεξάνδρου γέγονεν. ἐκεῖθέν τε
B διαβὰς εἰς τὰ πρόσω τῆς Ἰνδίας μέρη καὶ τὴν βασιλείαν Κανδάκης τῆς χήρας, ὑπ' αὐτῆς συνελήφθη τρόπῳ τοιῷδε. ἔθος ἦν

rene et Galilaea occupatis in Aegyptum se contulit. ibi terram aquae expertem, amarissimam paludem, templum Ammonis, et quae alia in Aegypto fabulosa sunt contemplatus, ac fanis donaria largitus, ad fauces maris urbem sibi cognominem Alexandream posuit, anno sui regni septimo. hinc per Nili fossam in Assyriam advectus, pugna cum Dario facta, 130 milia Assyriorum delevit. Darius in fuga a Besso satrapa suo capite truncatus periit. sed Bessus poenas sceleris dedit, Darii corpus Alexander honorifice sepelivit. porro Persepolin, ubi regia erat Persarum, profectus, eam urbem, ac Susa etiam et filias matrem aviamque Darii cepit. iis urbibus incensis, Persarumque regno, quod a Cyro annos 204 duraverat, everso, thesauris urbium earum ablatis, in Mardos Gedrosios Hyrcanos et Arimaspos duxit; ex quibus Thaleutan Amazonem sociam belli adscivit. inde Paropanitas, et eos qui ad Thermodontem fluvium ac saxum Aornum habitant, petiit. ab his in Indiam contendit, ubi Porus regnabat, vir forma factisque summus. is cum Alexandro conserto praelio, multis Indorum suorum amissis, accepto in cubitum vulnere cum elephanto concidit, diligenterque curatus cum Alexandro foedus et societatem pepigit. Alexander in ulteriorem progressus Indiam et regnum Candacae viduae, ab ea est hoc pacto captus.

Ἀλεξάνδρῳ ἀλλάσσοντι τὸ βασιλικὸν σχῆμα τὰς πρεσβείας ποιεῖσθαι ἅμα τοῖς ἰδίοις ἐξάρχοις καὶ καταμανθάνειν τὰ εἴδη καὶ ἔθη καὶ τρόπους τῶν ἐν ταῖς χώραις βαρβάρων. ὅπερ ἀκούσασα ἡ Κανδάκη, καὶ σημεῖα τοῦ προσώπου λαβοῦσα, συνέσχεν αὐτὸν ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ εἶπεν "Ἀλέξανδρε βασιλεῦ, τὸν κόσμον παρέλαβες, καὶ γυνή σε ἐκράτησεν." ὁ δὲ καταπλαγεὶς ἐπὶ τῇ ταύτης φρονήσει εἰρήνην πρὸς αὐτὴν ἐποίησεν, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτῆς καὶ τὴν χώραν ἀβλαβῆ διεφύλαξεν. ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Ἄφασιν C καὶ Γάδειρα καὶ τὰ Βρεττανήσια ἔθνη γενόμενος, χιλίας τε ὁλκάδας κατασκευασάμενος, αὐτὸς μὲν τὸ δεξιὸν τοῦ Ἰνδικοῦ ποταμοῦ διέπλει μέρος, Ἡφαιστίωνι δὲ τὸ ἕτερον ἐγχειρίσας ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν ἀνῆλθε. τῷ δὲ βασιλεῖ Ξανδάμῃ πολεμήσας καὶ τοῦτον τροπωσάμενος πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας ἀφίκετο, ὧν καὶ τὸν θαυμάσιον καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον βίον καὶ τὴν εἰς τὸν πάντων θεὸν εὐσέβειάν τε καὶ λατρείαν μεμαθηκὼς κατεπλάγη πάνυ, καὶ ἠράσθη τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων φιλοσοφίαν. ἐν ᾧ τόπῳ καὶ στήλην στήσας ἐπέγραψεν "ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τούτου." ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ νήσῳ κατοικοῦσιν οἱ λεγόμενοι μακρόβιοι· ζῶσι γὰρ οἱ πλείους αὐτῶν περὶ τὰ ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη διὰ πολλὴν καθαρότητα καὶ εὐκρασίαν τοῦ ἀέρος. οὐδέποτε D γὰρ ἐν αὐτῇ λείπει ὀπώρα παντοία τὸν ὅλον χρόνον· ἐν ταύτῃ γὰρ ἡ μὲν ἀνθεῖ, ἡ δὲ ὀμφακίζει, ἡ δὲ τρυγᾶται. καί γε καὶ τὰ μέγιστα Ἰνδικὰ γίνονται κάρυα καὶ τὰ δυσπόριστα ἡμῖν καὶ πανεπέραστα ἀρώματα καὶ ἡ μαγνῆτις λίθος.

mos erat Alexandro ut regio habitu mutato cum proceribus ipse legationes obiret, sicque formas consuetudines et mores barbarorum in regionibus ipsorum cognosceret. id cum audivisset Candace ac notas faciei eius concepisset, in sua eum regia detinuit, dicens "o rex Alexander, tu mundum, te mulier cepit." eius prudentiam admiratus Alexander pacem composuit, et omne maleficium ab ipsius dicione abstinuit. inde ad Phasin Gades et Britannicas gentes pervenit, navibusque mille paratis ipse dextram Indici fluvii partem navigavit, sinistra Hephaestioni mandata. itaque ad Oceanum pervenit. post bello cum Xandame rege facto, eoque pulso, ad Brachmanes pervenit. horum admirabilem ac humana potiorem vitam, pietatem et cultum dei, qui universi est dominus, expertus, summopere istorum hominum est admiratus philosophiam. quo loco etiam columna posita inscripsit "hucusque ego rex Alexander magnus perrexi." etenim in ea insula habitant qui a vivacitate Macrobii dicuntur, quia plerique ipsorum annos circiter 150 vivunt. fit hoc ob multam aëris puritatem ac optimam temperiem. neque ullo tempore ullus ibi fructus deest, sed alio florente alius iam maturescit, alius decerpitur. ibi etiam maximae Indicae nuces proveniunt, et quae ad nos difficulter perveniunt ac maximo habentur in pretio aromata, et magnes lapis.

*Οἱ τοίνυν Βραχμᾶνες ἔθνος εἰσὶν εὐσεβέστατον, βίον ἀκτήμονα σφόδρα κεκτημένοι, καὶ γυμνῶς διαζῶντες ἀεὶ τὸν θεὸν δοξάζουσι. παρ' οἷς οὐ τετράποδον ἔστιν, οὐ γεώργιον, οὐ σίδηρος, οὐκ οἰκοδομή, οὐ πῦρ, οὐ χρυσός, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἄρτος, οὐκ οἶνος, οὐχ ἱμάτιον, οὐ κρεωφαγία, οὐκ ἄλλο τι* P 153 *τῶν εἰς ἐργασίαν συντελούντων ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν συντεινόντων· ἀλλὰ τὸν ὑγρὸν καὶ γλυκὺν καὶ εὔκρατον ἄγαν καὶ κάλλιστον ἀέρα καὶ πάσης ἀρρωστίας καὶ φθορᾶς ἀπηλλαγμένον σπῶντες, καὶ μικρᾶς ὀπώρας καὶ διειδεστάτου ὕδατος ἀπολαύοντες, σέβονται γνησίως τὸν θεὸν καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχονται. καὶ οἱ μὲν ἄνδρες εἰς τὸ τοῦ ὠκεανοῦ μέρος παροικοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἐντεῦθεν τοῦ ποταμοῦ Γάγγου τοῦ παραρρέοντος εἰς τὸν ὠκεανόν, ἐπὶ τὸ τῆς Ἰνδίας μέρος. οἱ γοῦν ἄνδρες περῶσι πρὸς τὰς γυναῖκας Ἰουλίῳ καὶ Αὐγούστῳ μηνί, παρ' οἷς ὑπάρχουσι ψυχρότεροι,* B *τοῦ ἡλίου πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς βορρᾶν ὑψωθέντος· οἵ γε καὶ εὐκρατότεροι γινόμενοι πρὸς οἶστρον αὐτοὺς κινεῖν λέγουσιν, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν Νεῖλόν φασιν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν καὶ τοῖς ἄλλοις πλημμυρεῖν καὶ ῥεῖν ποταμοῖς, ἀλλὰ καὶ μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον, ὡς τοῦ γε πάντως ἡλίου τὴν βορειοτέραν διαθέοντος ζώνην καὶ τοῖς ἄλλοις παρενοχλοῦντος ποταμοῖς καὶ σμικρύνοντος, τούτου δὲ πλεῖστον ἀπέχοντος. καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας μ' πάλιν ἀντιπερῶσι. τῆς δὲ γυναικὸς δύο παιδία γεννησάσης οὐκέτι ὁ ἀνὴρ ἀντιπερᾷ πρὸς αὐτήν,*

17 *αὐτὸν καὶ*] *αὐτὸν καιρὸν?*

Brachmanes porro gens est religiosissima. vitam opum omnino expertem agunt, nudique degentes assidue deum laudant. apud eos neque quadrupedes neque agricultura est, neque ferrum neque aedificium neque ignis neque aurum neque argentum neque panis neque vinum neque vestis neque carnis esus neque omnino quicquam eorum quae ad opus faciendum aut fruitionem pertinent: sed liquidum dulcem optimeque temperatum et pulcherrimum aërem, omnis imbecillitatis aut corruptelae vacuum haurientes et aliquantulo frugum ac limpidissimae aquae vescentes, deum sincere colunt ac perpetuo precantur. viri quidem ad Oceanum incolunt, mulieres autem inde ad Gangem fluvium Indiae, qui in Oceanum effluit. ad mulieres traiiciunt viri Iulio et Augusto mensibus, quibus frigidiores sunt, sole ad nos et septentriones evecto. itaque ii menses temperatiores eos ad Venerem dicuntur stimulare. quo pacto Nilum quoque non eodem quo alios amnes tempore increscere dicunt, sed media aestate Aegyptum inundare, quippe sole tunc septentrioni viciniorem percurrente zonam aliosque fluvios vexante et imminuente, a Nilo autem tum longissime recedente. Brachmanes quadraginta dies cum uxoribus morati rursum ad sua redeunt. ad mulierem post secundum partum maritus porro non traiicit; atque ipsi cum alio

οὔτε μὴν ἐκείνη πλησιάζει ἑτέρῳ ἀνδρὶ διὰ πολλὴν εὐλάβειαν. εἰ δὲ συμβῇ στεῖραν ἐν αὐταῖς εὑρεθῆναι, μέχρι πενταετίας διαπερῶν C ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ συγγινόμενος αὐτῇ, ἐὰν οὐ τέκῃ, οὐκέτι προσεγγίζει αὐτῇ. διὰ τοῦτο οὐδὲ πολυάνθρωπός ἐστιν ἡ χώρα αὐτῶν, διά τε τὴν ὀλιγοδείαν καὶ τὴν φυσικὴν ἐγκράτειαν. τὸν δὲ ποταμόν φασι δυσπερατότατον εἶναι διὰ τὸν λεγόμενον ὀδοτύραννον. ζῷον γάρ ἐστιν ἀμφίβιον, μέγιστον λίαν, ἐν τῷ ποταμῷ διαιτώμενον καὶ δυνάμενον ἐλέφαντα καταπιεῖν ὁλόκληρον· ὃ ἐν ταῖς μὲν ἡμέραις τῆς περαιώσεως τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀφανὲς γίνεται κατὰ θείαν πρόσταξιν. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ δράκοντές εἰσιν ἐν τοῖς ἐρημοτέροις τόποις ἐκείνοις μέγιστοι σφόδρα, πηχῶν ο΄ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πάχος πολὺ καὶ φρικωδέστατον, καὶ τὴν σοφίαν τοῦ δημιουργοῦ καὶ δόξαν φαινόμενοι προφανῶς ἐκδιηγοῦνται. D καὶ οἱ μὲν σκορπίοι πάλιν εὑρίσκονται πηχυαῖοι, οἱ δὲ μύρμηκες παλαιστιαῖοι. διὸ καὶ δυσδιόδευτοί εἰσιν οἱ ἐρημικοὶ τόποι ἐκεῖνοι καὶ ἀοίκητοι διὰ τὰ φοβερώτατα θηρία τε καὶ ἰοβόλα. ἐλέφαντες δὲ γίνονται κατὰ τὰς χώρας ἐκείνας πλεῖστοι, ὡς καὶ ἀγεληδὸν παραπορευόμενοι βόσκεσθαι.

Ἀμέλει γέ τοι καὶ ὁ μέγας Καισάριος, ἀδελφὸς τοῦ μεγάλου Γρηγορίου, διαφόρων ἐθνῶν καὶ ἠθῶν καὶ τρόπον τε καὶ νόμον ἐξηγούμενος ἐν ἐπιτομῇ τοιάδε φάσκει "ἐν γὰρ ἑκάστῃ χώρᾳ καὶ ἔθνεσιν, ἐν τοῖς μὲν ἔγγραφος νόμος ἐστὶν ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια· νόμος γὰρ ἀνόμοις τὰ πάτρια δοκεῖ. ὧν πρῶτοι Σῆρες, P 154

exinde viro rem habere religio est. quodsi quam sterilem esse contingat, usque ad quinquennium eam maritus invisit; et si eo circumacto non pariat, ea in posterum abstinet. ita fit ut non sit apud ipsos hominum abundantia, cum et pauca desiderent et natura continentes sint. fluvium autem summo cum periculo aiunt traiici propter odontotyrannum (quasi si dente saevientem dicas) bestiam. est autem ingens admodum, adeo ut integrum possit elephantum deglutire. degit eo in flumine, cum quidem etiam in terra vivere soleat; quod genus animalia Graeci amphibia dicunt. ea bestia dei iussu quadraginta istos dies quibus Brachmanes ad suas uxores traiiciunt nusquam exstat. sunt et in solitudinibus locorum istorum dracones ingentes, longitudine 70 cubitorum, mole ac crassitie horribili, qui palam se conspectui offerentes opificis sapientiam ac maiestatem demonstrant. inveniuntur etiam scorpii cubitales, formicae palmi magnitudine. itaque istae solitudines transitu difficiles sunt et desertae propter bestias terribiles admodum ac venenum eiaculantes. elephanti istis in locis nascuntur plurimi, ita ut armenta tota simul pascantur.

Enimvero magnus ille Caesarius, Gregorii magni frater, diversarum gentium mores et leges compendio enarrans, sic ait "apud omnes gentes et ubique locorum aut lex scripta est aut consuetudo obtinet. nam a maioribus tradita pro lege habentur. primi Seres, qui extremum

τὸ ἄκρον τῆς γῆς οἰκοῦντες, νόμον ἔχουσι τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ πορνεύειν ἢ μοιχεύειν ἢ κλέπτειν ἢ λοιδορεῖν ἢ φονεύειν ἢ κακουργεῖν τὸ σύνολον. νόμος δὴ παρὰ Βακτριανοῖς ἤτοι Βραχμάναις ἡ ἐκ προγόνων παιδεία καὶ εὐσέβεια, μὴ κρεωφαγεῖν ἢ οἰνοποτεῖν ἢ λαγνεύειν ἢ παντοίαν κακίαν διαπράττεσθαι διὰ πολὺν φόβον θεοῦ καὶ πίστιν, καίτοι γε τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν τἀναντία διαπραττομένων ἀδεῶς. ἐν δὲ τοῖς ἐνδοτέροις μέρεσι τούτων ἀνθρωποβοροῦντες καὶ τοὺς ἐπιξενουμένους ἀναιροῦντες κατεσθίουσιν, ὡς Κάβες. ἑτέροις νόμος Χαλδαίοις καὶ Βαβυλωνίοις
B ἀσελγείας ἀνάμεστος καὶ αἰσχρουργίας. ἄλλος δὲ παρὰ Γηλαίοις νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ πορνεύειν ὡς ἂν βούλωνται, μὴ κωλυομένας παντελῶς ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν. ἐν αἷς ὑπάρχουσι καὶ πολεμικώταται καὶ θηρῶσαι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρότατα τῶν θηρίων, ἄρχουσι δὲ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν καὶ κυριεύουσιν. ἐν Βρεττανίᾳ δὲ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικὶ καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρί. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῷα ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ὑπερόριοι γίνονται,
C καὶ μιγνύμεναι τοῖς γειτνιῶσιν ἀνδράσιν ὡς πανήγυρίν τινα καὶ μεγάλην ἑορτὴν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἡγοῦνται· ἐξ ὧν καὶ κατὰ γαστρὸς συλλαβοῦσαι παλινδρομοῦσιν οἴκαδε πᾶσαι. τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκυήσεως τὸ μὲν ἄρρεν φθείρουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζῳογονοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν ἐπιμελῶς καὶ ἐκτρέφουσιν."

Ὁ μέντοι γε Ἀλέξανδρος μετὰ τὴν ἀπὸ Βραχμάνων ὑπο-

terrae habitant, pro lege habent consuetudinem a maioribus ad se propagatam, ut omni stupro adulterio furto convicio caede ac maleficio abstineant. apud Bactrianos seu Brachmanas lex est, institutio et pietas a maioribus accepta, quod neque carnem edunt neque vinum bibunt, et quod ob fidem et metum dei constantem omnem lasciviam atque flagitium vitant, cum quidem vicini Indi nullo metu contrariam vitae rationem teneant, et in interioribus regionibus carnibus humanis vescantur hospitesque iugulatos devorent, veluti Cabes. Chaldaeorum et Babyloniorum leges plenae sunt impudicitiae atque turpitudinis. Agelaeis lex est ut mulieres terram colant atque aedificent, et ea quae virorum sunt regant, ac sua libidine nihil impedientibus maritis scortentur: sunt inter eas etiam bellicosissimae, et quae feras, nisi quae sunt robustissimae, venentur: imperant autem suis maritis. in Britannia compluribus viris una est communis mulier, multaeque mulieres uni viro copulantur. Amazones autem maritos nullos habent, sed brutorum in morem semel quotannis extra suos fines profectae cum vicinis maribus concumbunt, id tempus solenne ac festivum agitantes; et postquam conceperunt, omnes domum redeunt. ubi pariunt, mares perdunt, femellas tollunt accurateque alunt et educant."

Ceterum Alexander a Brachmanibus reversus, Aegypto occupata,

στροφὴν καταλαβὼν τὴν Αἴγυπτον κτίζει τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν εἰς ἴδιον ὄνομα, πάλαι Ῥακάστην λεγομένην. * ἧς ἐπεθύμησε τὴν λίμνην θεάσασθαι διὰ τὰ ἐν αὐτῇ μυθευόμενα. πολλὰ μὲν οὖν τέρατα καὶ ὀνείρατα παρεκρούσατο, τῆς τε τῶν Χαλδαίων γνώσεως κατεφρόνησε, καὶ σὺν ὀλίγαις ναυσὶν ἐπὶ τὴν εἰρη- D μένην λίμνην διαβὰς τό τε τῆς κεφαλῆς διάδημα ἀπέβαλεν, ὄμβρου καὶ λαίλαπος καταρραγέντος πολλοῦ, καὶ μόλις ἐπὶ τὴν γῆν διενήξατο. καὶ παραχρῆμα ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ ἰδίου στρατηγοῦ φάρμακον δεξάμενος ἐσπαράχθη. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι τὸν βίον μετήλλαξε, δυσὶ καὶ δέκα χρόνοις πρὸς μησὶν ἓξ τῆς ἀρχῆς ἀπολαύσας, βιώσας δὲ τὰ πάντα ἔτη δύο καὶ τριάκοντα.

Ἀνερχόμενος δέ ποτε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Περσίδα ἔλαβέ τινας τῶν Ἰουδαίων πρὸς συμμαχίαν, ἐν οἷς ἦν τις ὑπερέχων, ὀνόματι Μοσόμαχος, κατὰ ψυχὴν μὲν ἄριστος τοξότης δὲ εὐστοχώτατος· ὃς διιόντων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ὁδόν, καὶ μάντεώς τινος P 155 ὀρνιθευομένου καὶ πάντας ἐπέχοντος, ἠρώτησε τὴν αἰτίαν τῆς παραμονῆς τοῦ λαοῦ. καὶ ὁ ὀρνεοσκόπος ὑποδεικνὺς τὸν ὄρνιν ἔφη «ἂν μὲν ἀσάλευτος μένῃ, προσμένειν συμφέρον πᾶσιν, ἂν δ' ἀναστὰς εἰς τοὔμπροσθεν πέταται, προάγειν, εἰ δ' ὄπισθεν, ἀναχωρεῖν αὖθις.» καὶ ταῦτα ἀκούσας Μοσόμαχος παρὰ τοῦ μάντεως, καὶ λάθρα τόξον ἑλκύσας, βάλλει τὸν ὄρνιν. ἐφ' οἷς τοῦ μάντεως χαλεπήναντος καὶ πάντων τῶν τῇ πλάνῃ δεδουλωμένων, λαβὼν εἰς χεῖρας τὸν ὄρνιν Μοσόμαχος ἔφη «τί μοι μέμ-

Alexandriam de suo nomine condidit, antiquitus Racastam dictam. * cuius paludem videre cupiebat ob ea quae de ea fabulose iactabantur. itaque multis ostentis et insomniis contemptis, spreta etiam Chaldaeorum divinatione, cum paucis navibus paludem eam accessit. ibi imbre ac turbine subito exorto, amisso capitis diademate, aegre in terram enavit. statimque a Casandro duce exercitus sui veneno exhibito doloribus laniatus est. ita Alexander tot rebus praeclare gestis mortuus est, cum regnasset annos duodecim et sex menses, vixisset autem triginta duos.

Hierosolymis quondam in Persidem profectus quosdam Iudaeos in exercitum adsciverat. fuit inter hos praestantissimus Mosomachus, et ingenio optimo praeditus et sagitta scopum tangendi peritissimus. is cum Babylonem iretur et quidam ariolus auspicio suo exercitum moraretur, causam cur substitisset populus scitatus, cum auspex ave monstrata dixisset, si ea immobilis maneret, bonum universis portendi ut ibi maneant, sin porro volaret, procedendum, sin retro volaret, recedendum ipsis esse, his auditis clam ducto arcu avem deiecit. quod cum et ariolus et reliqui isto errore capti aegre ferrent, arrepta Mosomachus

*φεσθε, κακοδαίμονες; πῶς γὰρ οὗτος, μὴ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν προγινώσκων, τὸ ἡμέτερον συμφέρον προανήγγειλεν; εἰ γὰρ ἠδύ- B νατο προειδέναι τὸ μέλλον, οὐκ ἂν εἰς τὸν τόπον τοῦτον ἦλθε." καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ κατῃσχύνθησαν σφόδρα.*

Ea nocte quae caedem ipsius praecessit, uxor per insomnium vidit domum mariti sui Caesaris corruere, ipsumque multis confectum vulneribus ac cruentum in suum collabi gremium. et cum ipse in curiam iturus ianua atrii exiret, imago eius quae in vestibulo stabat sponte sua decidit. praeterea chartam ei quidam exhibuit, in qua omnes quae ei parabantur erant indicatae insidiae; quam ille de alia re existimans esse non legit, sed alii servandam dedit. ipse in curia est a Bruto et Cassio occisus, annos natus 56. adoptavit et heredem constituit Octavium, filium Iuliae sororis suae, annum agentem 16.

Octavius Augustus Caesar, sorore Iulia natus, annos regnavit 56. ab hoc Romanorum reges et mensis Sextilis Augusti nomen habent.

ζόμενος. ἐν τῇ νυκτὶ δὲ ᾗ ἐγεννήθη, εἶδεν αὐτοῦ ὁ πατὴρ καθ' ὕπνους ἐκ τῶν κόλπων τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ εἶδεν ὡς τὰ σπλάγχνα αὐτῆς ἐξαρπαγέντα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνεφέρετο. καὶ ὅτι Νιγίδιος βουλευτὴς ἀστρολόγος βραδὺ προελθόντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἠρώτησε τὴν αἰτίαν, ὁ δὲ ἔφη υἱὸν αὐτῷ τετέχθαι, κἀκεῖνος ἀνεβόησεν "ὦ τί ἐποίησας; C δεσπότην ἡμῖν ἐγέννησας." ὅτι τρεφομένου αὐτοῦ ἐν ἀγρῷ καταπτὰς ἀετὸς τὸν ἄρτον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀφείλετο, καὶ ἐπανελθὼν πάλιν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ τοῦτον κατέθετο. ὅτι ἐν παισὶν αὐτοῦ τελοῦντος Κικέρων αὐτὸν [ὁ Ὀκτάβιος] ἐν ὀνείροις ἐθεάσατο χρυσῇ ἁλύσει δεδεμένον καὶ μάστιγα κρατοῦντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ χαλασθῆναι εἰς τὸ Καπιτώλιον. ὅτι ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ κεραυνὸς εἰς τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐμπεσὼν τὸ πρῶτον γράμμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἠφάνισεν, ὡς τοὺς μάντεις εἰπεῖν ὅτι τεθνήξεται. συγκαλέσας δὲ τοὺς βουλευτὰς εἶπε "πηλίνην παραλαβὼν τὴν Ῥώμην λιθίνην ὑμῖν αὐτὴν καταλέλοιπα" διὰ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως. ἐν τῷ Σεξτιλίῳ δὲ μηνὶ γενόμενος ὕπατος καὶ πολλὰς νίκας D νικήσας, ἐν τούτῳ καὶ τελευτᾷ· διὸ καὶ Σεξτίλιος αὐτὸς πάλιν ἐλέγετο διὰ τὸ τὸν Σεξτίλιον μῆνα ἐπονομασθῆναι Αὔγουστον. ἠγαπᾶτο δὲ ἐπ' αὐτοῦ Μαικήνας ἀνὴρ σοφός, ὃς καὶ πρῶτος τὰ σημεῖα ἐφεῦρεν. ὅς ποτε δικάζοντος τοῦ Καίσαρος καὶ πολλῶν θάνατον καταψηφισαμένου, μὴ δυνάμενος διὰ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ .... αὐτοῦ, ἔγραψεν "ἀνάστα δήμιε," καὶ σημηνάμενος

7 στρεφομένου P

qua nocte natus est, pater insomnis opinatus est ex sinu uxoris suae solem oriri, mater autem imaginata est viscera sua sibi extracta in caelum ferri. Nigidius senator astrologus patrem eius interrogavit cur tam tarde domo prodiisset, cumque is responderet filium sibi natum esse, exclamavit Nigidius "o quid egisti? dominum nobis genuisti." cum rure ageret Octavius, aquila devolans panem ei de manibus rapuit, ac reversa eum rursus in manus deposuit. cum adhuc puer esset, Cicero per insomnium vidit eum flagellum tenentem e caelo aurea catena in Capitolium demitti. sub exitum eius fulmine tacta est ipsius imago et prima nominis litera abolita: inde arioli pronuntiarunt non multo post moriturum. convocato senatu dixit se Romam ex luto conditam accepisse, ceterum eam ipsis lapideam relinquere, potentiae magnitudinem innuens. Sextili mense consul creatus, diversis annis eodem mense multas victorias obtinuit, eodemque mortuus est; itaque ei mensi est nomen Augusti impositum. carus ei fuit Maecenas, vir sapiens; qui et primus rationem per notas scribendi repperit. is, cum quodam die Caesar ius diceret multosque capite damnaret, neque ipse ad eum prae turba hominum accedere posset, in scheda scripsit "surge carnifex,"

ἔρριψεν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ· ὅπερ ἀναγνοὺς ὁ Καῖσαρ ἀνέστη, κελεύσας ἀργῆσαι τὰ κριθέντα παρ' αὐτοῦ. ὅτι πάνυ ἦν τῶν
P 172 φίλων θεραπευτικός. τινὸς γὰρ τῶν συστρατευομένων αὐτῷ δεηθέντος τῆς εἰς τὸ βουλευτήριον αὐτοῦ παρουσίας, εἰπεῖν αὐτὸν μὲν ἀσχολεῖσθαι, ἐπιτρέψαι δέ τινι τῶν φίλων παραγενέσθαι καὶ τὴν χρείαν πληρῶσαι. ὃς ὀργισθεὶς ἔφη "ἐγὼ ὁσάκις τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας ἐδεήθης, οὐκ ἄλλον ἀντ' ἐμοῦ ἔπεμψα." καὶ ἐρυθριάσας ὁ Καῖσαρ καὶ συναπῆλθε καὶ συνέπραξεν.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος εἰσῆλθε πλοῖον ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν πόρταν Ῥώμης, ἐπιφερόμενον σίτου μοδίων χιλιάδας υʹ, ἐπιβάτας ασʹ, ναύτας σʹ, πέπερι, ὀθόνας,
B χάρτην, ὕελια, καὶ τὸν μέγαν ὀβελίσκον μετὰ τοῦ βασιλέως, αὐτόν τε ἑστῶτα ἐν τῷ μεγάλῳ ἱππικῷ, ἔχοντα ὕψος πόδας πζʹ ἥμισυν.

Εἶχε δὲ καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέα σοφώτατον πάνυ. ἦν δὲ Καῖσαρ μανιώδης ἀεὶ περὶ τὰς τῶν ἀλλοτρίων γυναῖκας, ὡς καὶ αὐτοὺς ἐξυπηρετεῖν τῷ μιάσματι. ἡνίκα γὰρ ἤρχετό τις τῶν βουλευτῶν πρὸς αὐτὸν ὡραίαν ἔχων γυναῖκα, ἔπεμπε πρὸς τοῦτον τὸν οἰκεῖον δακτύλιον, καὶ ἠξίου ἐμβαλεῖν τὴν γαμετὴν ἐν καταστέγῳ φορείῳ καὶ κατασημάνασθαι, καὶ αὖθις τὸν δακτύλιον ἀντιπέμψασθαι· καὶ οὕτω δεχόμενος τὴν γυναῖκα ἐν τῷ φορείῳ ἀσελγαίνων ἐσφράγιζε καὶ ἀνταπέστρεφεν. ὅπερ γέγονέ τινι, ὃς

10 εἰς τὸν πόρτον Meursius 19 ἐκβαλεῖν P

eamque signatam in gremium eius coniecit. ea lecta Caesar surrexit, iussitque sententiarum latarum a se executionem differri. erat autem in amicos admodum officiosus. cum quidam cuius militiae erat Caesar usus opera, ab eo peteret ut sui in quadam re iuvandi gratia in curiam veniret, Caesarque se occupatum esse, sed misso amico eius necessitati subserviturum responderet, succensens alter "ego" inquit, "quoties tu auxilium meum requirebas, non alium meo loco misi." ita Caesar verecundia motus una abiit, eique in causa sua agenda adfuit.

Augusto imperante navis Alexandrina in portum Romae est advecta, quadringenta modiorum frumenti milia adferens, classiarios 1200, nautas 200, tum piper, lintea, chartas, vitra, magnumque obeliscum et imperatorem collocatum in magno circo, altum pedes 87 s.

Habuit etiam Athenodorum Alexandrinum, sapientissimum virum. insano alienarum uxorum amori indulgebat Caesar; adeoque ipsi flagitio eius mariti inserviebant. cum enim aliquis senatorum ad eum veniret, cui uxor esset formosa, ad hunc Caesar misit suum annulum, postulavitque ut uxorem in lectica ad se mitteret operta obsignataque et una annulum remitteret; itaque mulierem in lectica accipiens, expleta libidine eam obsignatam marito remittebat. petierat aliquando id ipsum a

μὴ τολμήσας ἀντειπεῖν ἀπωδύρετο τὸ δυστύχημα. οἷς ἐπιστὰς C
Ἀθηνόδωρος κλαίουσι, καὶ τὴν αἰτίαν μαθών, ἑαυτὸν ᾔτησεν
ἐμβαλεῖν τῷ φορείῳ καὶ κατασημηναμένους ἀποστεῖλαι, γυμνὸν
ξίφος ἐπιφερόμενον. οὗ ἀπαχθέντος ἐδόκει Καῖσαρ τὴν γυναῖκα
εἶναι τοῦ συγκλητικοῦ, καὶ ἀνοίξαντος τὰς θύρας ἐξέθορε ξιφήρης
Ἀθηνόδωρος καὶ πάνυ κατέπτηξε τῷ ἀθρόῳ τὸν Καίσαρα. καὶ
δεδιότα αὐτὸν ἀνεκτήσατο, καὶ τοῖς μεγίστοις κατέδησεν ὅρκοις
μηδέποτε τοῦτο πρᾶξαι. ὃν τοσοῦτον ἀπεδέξατο ὡς τὴν σύγκλη-
τον συναγαγὼν πολλὰ τὸν Ἀθηνόδωρον ἐγκωμιάσαι, προσθεῖναι
δὲ καὶ τοῦτο, ὡς κακὸν βίον ἐσχηκὼς ὑπὸ Ἀθηνοδώρου ἐπανωρ-
θώθη. γηράσας δὲ ὁ Ἀθηνόδωρος ᾔτησεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν πα- D
τρίδα· ἔλεγε γὰρ ὡς τέλειος εἴη ὁ Καῖσαρ κατὰ πᾶσαν φιλοσοφίαν
καὶ πρᾶξιν. ὁ δὲ μόλις ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν ἀναχώρησιν. ὡς δὲ
μέλλων ἀπαίρειν ἠσπάζετο αὐτόν, καὶ ἐπικύψας εἰς τὸ οὖς παρε-
κάλει ἵν' ὁσάκις ὀργισθῇ, μὴ πρότερον κελεύσῃ τὸ πρακτέον,
πρὶν ἂν καθ' ἑαυτὸν ἀριθμήσῃ τὰ κδ' στοιχεῖα· ᾔδει γὰρ αὐτοῦ
τὸ ὀξύθυμον καὶ εὐμετάβλητον. ὁ δὲ Καῖσαρ αἰσθόμενος ἔφη
"εὖγε, ὑπέμνησάς με ὡς ἀτελής εἰμι καὶ τῆς σῆς διδασκαλίας
δεόμενος. διὰ τοῦτο οὐ συγχωρήσω σοι τῆς ἐνεγκαμένης τέως
ἐπιβῆναι."

Τούτου τῷ δευτέρῳ ἔτει αἱ ἴνδικτοι ἐπενοήθησαν καὶ τὸ P 173
βίσεξτον, καὶ νόμους ἐξέθετο πολιτικούς. καὶ Βιργίλιος παρὰ
Ῥωμαίοις ἐγνωρίζετο ποιητής. ἐπὶ τούτου καὶ Ἰούδαν τὸν Γαλι-

**quodam Caesar; qui cum recusare non auderet, suam calamitatem deplorabat. Athenodorus cum in plorantes incidisset, causa cognita, se cum stricto gladio in lecticam abdi itaque obsignata ea ad Caesarem mitti iussit. Caesar cum senatoris uxorem sibi allatam putans ianuam lecticae aperuisset, exsiluit gladium strictum tenens Athenodorus, subitoque visus admodum perterruit Caesarem, metuentemque sibi confirmavit rursum, iuramentoque adegit promittere nihil se in posterum tale acturum. id adeo gratum Caesari fuit, ut convocato senatu Athenodorum multis verbis laudaverit; addideritque se, cum turpem ageret vitam, ab eo fuisse correctum. iam gravis aetate Athenodorus in patriam redeundi veniam petiit, quod iam perfectam rerum cognitionem et agendi rationem Caesar esset consecutus. cum aegre veniam impetrasset, ultimo digressu valedicens Caesari in aurem insusurravit, hortans ut quoties ira commoveretur, non ante agi quicquam mandaret quam apud sese 24 vocabulorum elementa enumerasset: norat enim animum Caesaris subita ira exardescere, et facile mutari. tum Caesar "bene" inquit "habet commonuisti me quod nondum sim perfectus. itaque nondum patiar te in patriam redire."**

**Anno Augusti 2 indictiones institutae sunt et bisextus, legesque ab eo civiles propositae. tunc etiam Romae Virgilius poeta innotuit. sub**

*λαῖον τὸν ἐν ταῖς πράξεσιν ἐμφερόμενον ἱστοροῦσιν ἐγηγέρθαι, καὶ Ἀντίπατρον τὸν Ἡρώδου πατέρα τῆς Ἰουδαίας βασιλέα καταστῆναι ὑπὸ Ῥωμαίων.*

*Ἀντώνιος δὲ ὁ στρατηγὸς καὶ ὕπατος Ῥωμαίων, ὥς φησι Δίων ὁ Κόκκειος, ἀνελὼν Βροῦτον καὶ Κάσιον τοὺς φονευτὰς Ἰουλίου Καίσαρος, τὸν στρατὸν ἀναλαβὼν ἦλθεν ἐν Συρίᾳ. ἔρωτι δὲ βληθεὶς Κλεοπάτρας ἀντῆρεν Αὐγούστῳ Καίσαρι· ὅθεν ἐπανελθεῖν εἰς Ῥώμην οὐκ ἐγνώκει ὡς λόγον ἀποδώσων. οὗτος ὁ Ἀντώνιος μετὰ Κλεοπάτρας Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἀνταρ-* B *σίαν βουλευσάμενος προσέχωσε τὸν Ἀλεξανδρείας τῆς πόλεως καὶ Φάρου τῆς νήσου μεταξὺ διακείμενον θαλάσσιον πορθμόν, ὡσεὶ τέσσαρα μίλια ἔχοντα διάστημα. τοῦτον οὖν τὸν πορθμὸν χειρὶ πολλῇ καὶ σπουδῇ καὶ δαπάνῃ, Δεξιοφάνους μηχανικοῦ τοῦ ἔργου προηγουμένου, συντελέσαντες ἤπειρον καὶ βατὸν εἶναι παρεσκεύασαν ἄβατον ὄντα τὸ πρότερον, καὶ ἀκωλύτως ἐξεῖναι πρὸς τὴν Φάρον διαβαίνειν.*

*Τούτου τῷ ιδʹ ἔτει Αὐγούστου δὲ Καίσαρος μβʹ ἔτει τῆς μοναρχίας αὐτοῦ, τίκτεται Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. ἔτος τοῦτο κτίσεως κόσμου κατὰ τὰς ἀκριβεστέρας ἀναγραφὰς ͵εφςʹ, μηνὶ* C *Δεκεμβρίῳ κεʹ, ἡμέρᾳ δʹ. κύκλος ἡλίου ὀκτωκαιδέκατος, καὶ σελήνης κύκλος ιεʹ. εἶτα γνῶναι τὴν ἡμέραν βουλόμενοι καθ' ἣν ἐτέχθη Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν, τίθεμεν τὰς κατὰ τὸ παρὸν ἔτος δʹ ἐπακτὰς τοῦ ἡλίου, καὶ ταύταις προστίθεμεν τὰς ἀπὸ ἀρχῆς τοῦ πρώτου μηνὸς ἡμέρας, Ἀπριλλίου λʹ, Μαΐου λαʹ,*

**eo etiam Iudam Galilaeum, cuius est in Actis mentio, ferunt seditionem movisse, et Antipatrum, Herodis patrem, Iudaeae regem a Romanis factum.**

**Antonius autem consul et imperator Romanus, uti Dio Cocceius scribit, Bruto et Cassio, qui Caesarem Iulium necaverant, interfectis exercitus recreandi causa in Syriam venit. inde Cleopatrae amore captus Augusto Caesari se opposuit, Romamque redire, ne causam dicere opus haberet, posthabuit. hic Antonius cum Cleopatra Alexandriae et Aegypti regina inito consilio, Dexiophane mechanico ei operi praefecto, magnae hominum multitudinis opera multoque labore et impendio usus, maris fretum quod urbem Alexandriam et pharum insulam interfluebat quattuor miliarium latitudine, ingesta materia siccavit, fecitque ut tanquam per continentem liber esset ex urbe Pharum aditus.**

**Huius Cleopatrae decimo quarto, Augusti autem Caesaris regni 42 anno, Christus dominus noster natus est (fuit is annus mundi, secundum accuratiores annales, 5506) mensis Decembris die 25, feria quarta. cyclus solis erat 18, lunae 15. cum ergo diem volumus explorare qua Christus verus noster deus natus est, anni praesentis quattuor solis epactas ponimus, iisque addimus dies quae sunt ab initio primi mensis,**

Ἰουνίου λ', Ἰουλίου λα', Αὐγούστου λα', Σεπτεμβρίου λ', Ὀκτωβρίου λα', Νοεμβρίου λ', Δεκεμβρίου κε', ὁμοῦ σϟα'. ταύτας ὕφελε ἐπὶ τῶν ἑπτὰ οὕτως· ἑπτάκις μ' σπ'· ια' ζ'· λοιπαὶ δ'. ἔγνωμεν οὖν ὡς καθ' ἣν ἡμέραν ἐδημιούργησε τοὺς φωστῆρας, κατ' αὐτὴν ἐτέχθη Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν ὡς ὑπάρχων ἥλιος δικαιοσύνης.

Τῷ ιε' ἔτει Τιβερίου Καίσαρος βαπτίζεται ὑπὸ Ἰωάννου, D ἰνδικτιῶνι πρώτῃ, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, τῇ ιγ' ἡμέρᾳ τοῦ λα' ἔτους αὐτοῦ, ϛ' τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. ἐν τῷ ,εφϛ' ἔτει τοίνυν τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἐγεννήθη Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν. ἐν δὲ τῷ παρόντι ,εφλϛ' ἔτει ἐβαπτίσθη, καθὼς λέλεκται. μετὰ δὲ τὸ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαόν, ᾗ φησὶ τὰ ἱερὰ λόγια, καὶ Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προσευχομένου ἐγένετο ἀνεῳχθῆναι τὸν οὐρανόν; καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερὰν ἐπ' αὐτόν, καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ γενέσθαι λέγουσαν "σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν σοὶ ηὐδόκησα." εἶτα γνῶναι βουλόμενοι καὶ ποία ἦν τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα ὅτε ὁ κύριος ἐβαπτίσθη, τίθεμεν τὰ ,εφλϛ' ἔτη. τούτοις προστίθεμεν τὸ τέταρτον, καὶ P 174 γίνονται ,ϛϡκ'. ταῦτα ὑφείλομεν παρὰ τὸ ἑπτάϊ, λέγοντες, ἑπτάϊ ϡ' ϛτ', ἑπτάϊ π' φξ', ἑπτάϊ η' νϛ'. λοιπαὶ δ' ἐπακταί. ταύταις προσάπτομεν τὰς ἀπὸ τοῦ πρώτου μηνὸς ἡμέρας ἕως αὐτῆς τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὁ κύριος ἐβαπτίσθη. οὕτως ἔχεις ἐπακτὰς δ'.

19 ἑπτάκις lege. margo P

nempe Aprilis 30, Maii 31, Iunii 30, Iulii 31, Augusti 31, Septembris 30, Octobris 31, Novembris 30, Decembris 25. summa, dies 291. hanc per septem divide ita: septies 40 sunt 280. haec de summa aufer, restant 11. ab his 7 detrahe, remanebunt 4. ita ergo deprehendimus, qua die luminaria fabricatus fuerat, eadem et natum fuisse Christum, verum deum nostrum, qui est sol iustitiae.

Anno Tiberii Caesaris 15, indictione prima, ab Ioanne baptizatus est in amne Iordane, 13 die anni aetatis suae 31, sexta die Ianuarii mensis. proinde Christus deus noster natus est anno ab exordio mundi 5506, baptizatus anno 5536. cum et universus populus esset baptizatus, ut sacrae literae tradunt, et Iesus baptizatus precaretur, caeli aperti sunt, ac sanctus spiritus forma corporea tanquam columba supra ipsum se dimisit: et vox de caelo talis audita est "tu es filius meus dilectus, in te acquiesco." porro scire cupiens quota fuerit septimanae dies qua baptizatus est Iesus, pone annos 5536. adiice his quadrantem suum, fient in summa 6920. haec sic per 7 divides: septies 900 sunt 6300. rursum septies 80 faciunt 560. tandem septies 8 sunt 56. his omnibus detractis restabunt quattuor epactae. his addemus a primo mense usque ad propositum diem. sic habebis 4 epactas, Aprilis dies 30,

*Ἀπριλλίου λ', Μαΐου λα', Ἰουνίου λ', Ἰουλίου λα', Αὐγούστου λα', Σεπτεμβρίου λ', Ὀκτωβρίου λα', Νοεμβρίου λ', Δεκεμβρίου λα', Ἰανουαρίου ς', ὁμοῦ σπε'. ταύτας ὕφελε ἐπὶ τῶν ἑπτά, λέγων ἑπτάϊ μ' σπ', λοιπαὶ ε'. ἔγνωμεν οὖν ὡς ἐν ε' τῆς* B *ἑβδομάδος ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθη ὁ κύριος. καθ' ἣν ἡμέραν αὐτὸς ὁ κύριος προσέταξεν ἐξαγαγεῖν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, αὐτὸς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐβαπτίσθη καὶ ἡγίασε τὸ ὕδωρ καὶ ζωοποιὸν ἡμῖν ἀπειργάσατο.*

*Μετὰ δὲ τὸ βαπτισθῆναι, καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ νικῆσαι τὸν πειράζοντα, παρεγένετο εἰς τὴν Γαλιλαίαν κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ κελεύσας τοὺς μαθητὰς πιστεύσαντας καὶ δεξαμένους τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας ἀνελθεῖν μετ' αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἑορτάσαι τὸ νομικὸν πάσχα. εἶτα θέλοντες γνῶναι ποστῇ τοῦ μηνὸς ἔφθασε* C *κατὰ τὸ παρὸν ,εφλζ' ἔτους, ἀρχὴν εἰληφυῖα ἀπὸ κα' τοῦ Μαρτίου μηνός, ἡ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, τὰ ,εφλς' ὑφείλομεν ἐπὶ τῶν ιθ'. λοιπαὶ ζ'. ταύτας ἐνδεκαπλασιάζοντες, γίνονται οζ'. ἔκβαλε τριακάδας δύω, λέγων δὶς λ' ξ'· λοιπαὶ ιζ'. πρόσβαλε ταύταις τρεῖς τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, πρὸ σελήνης ζ', καὶ ζ' τὰς ἀπὸ κα', καὶ αὐτῆς τοῦ Μαρτίου μηνός. ὁμοῦ μδ'. ὕφελε λ'· λοιπαὶ ιδ'. καὶ ἔφθασεν ἡ ιδ' τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης τῇ κζ' τοῦ Μαρτίου μηνός. εἶτα θέλοντες γνῶναι καὶ ποίᾳ ἡμέρᾳ ἔφθασεν ἡ αὐτὴ ιδ' τοῖς ,εφλς', προστίθεμεν τὸ τέταρτον, ,ατπδ',*

**Maii 31, Iunii 30, Iulii 31, Augusti 31, Septembris 30, Octobris 31, Novembris 30, Decembris 31, Ianuarii 6. summa 285. haec per septenarium divide, hoc pacto. septies 40 sunt 280. restant quinque. sic invenimus quinta septimanae die dominum fuisse baptizatum. qua enim die ipse iusserat aquas producere reptilia, animalia viventia, ea in fine seculorum etiam baptizatus aquam consecravit, utque nobis esset vivifica effecit.**

**Postquam baptizatus in solitudine a Satana tentatus de eo victoriam rettulit, in Galilaeam profectus est, ibique laetum de regno dei nuntium dididit, discipulosque qui crediderant et pietatis praeconium amplexi erant, secum Hierosolyma adscendere iussit ad pascha secundum legis praescriptum celebrandum. iam si velimus cognoscere quota die mensis incidisset in praesentem annum 5537, initium nacta a vigesima Martii die, decima quarta dies primi mensis lunaris, dividemus 5536 per 19: supererunt 7. huius undecuplum est 77. bis triginta, hoc est 60, inde aufer: restabunt 17. adde his tres, quae ante luminarium coitum sunt: ante lunam 7, et alias 7 ab vigesima prima Martii die. summa 44. hinc tolle 30: supersunt 14. itaque decima quarta primi mensis lunae dies incidit in vigesimum septimum Martii diem. porro volentes cognoscere quota dies septimanae fuerit, adde quadrantem**

καὶ γίνονται ,ϛϡκ΄. ταῦτα ὕφελε εἰς τὰ ζ, λέγων ζϡ΄ ϛτ΄, ζπ΄ φξ΄, ζη΄ νϛ΄. λοιπαὶ δ΄ ἐπακταί. ταύταις πρόσβαλε τρεῖς τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, καὶ ζ΄ τὰς ἀπὸ κα΄, καὶ αὐτῆς τοῦ Μαρτίου D μηνός. ὁμοῦ ιδ΄. καὶ ὕφελε ζ΄· λοιπαὶ ζ΄. καὶ ἦν σάββατον.

Τῷ δὲ ιθ΄ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος ὁ κύριος ἐπὶ τὸ πάθος παρῆν. ἔτος τοῦτο ,εφλθ΄, μηνὶ Μαρτίῳ κγ΄, ἡμέρᾳ ϛ΄. ἀνέστη δὲ τῇ κε΄ τοῦ αὐτοῦ Μαρτίου μηνός, ἐν ᾧ χρόνῳ ἐτελέσθη, ἡμέρᾳ α΄. ὅθεν καὶ τὸ κύριον πάσχα ἑορτάζειν ἡ ἐκκλησία παρείληφε τῇ κε΄ τοῦ Μαρτίου μηνός. ἐν ᾧ χρόνῳ ἐτελέσθη τὸ Ἰουδαϊκὸν πάσχα, μηνὶ Μαρτίῳ κδ΄, ἡμέρᾳ ζ΄. κύκλος ἡλίου κγ΄ καὶ σελήνης ι΄, ἀρχὴν εἰληφότα τὴν κα΄ τοῦ Μαρτίου μηνός, τῆς ἐνεστώσης δ΄ ἰνδικτιῶνος. καὶ ια΄ ἔτος τῆς κατὰ φύσιν ἐννεακαιδεκαετηρίδος P 175 τῆς σελήνης, καὶ κϛ΄ τῆς κατὰ φύσιν ὀκτωκαιεικοσαετηρίδος τοῦ ἡλίου. τοῦτο δὲ τὸ τέταρτον πάσχα ἐστὶν ἐν ᾧ πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εὐαγγέλιον, τό "καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα ἀκωλύτως τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ φάγωσι τὸ πάσχα." καὶ αὖθις "οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου), ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη καὶ ἀρθῶσιν." ἐν ᾧ οὖν καιρῷ κατὰ σάρκα ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ κύριος, τὸ κατὰ νό- B

suum ad 5536, qui est 1384. summa erit 6920. eam divide per 7, ut supra: relinquentur quattuor epactae. his adde 3 dies antegressos coniunctionem luminarium, et 7 dies a vigesima prima Martii. summa 14. divide per 7: nihil supererit, fuit ergo sabbatum.

Decimo nono Tiberii anno Christus supplicio sese subdidit, anno mundi 5539, die mensis Martii 23, septimanae sexta. exstitit a mortuis 25 die eiusdem Martii, die a sabbato proxima. inde in ecclesia receptum est pascha dominicum celebrare vigesima quinta die Martii. quo tempore Iudaicum pascha peragebatur, dies erat Martii 24, septimanae septima, id est sabbatum. circulus solis 23, lunae 10, utrumque numeratum a 21 Martii praesentis anni, indictione quarta. et undecimus annus erat naturalis novendecennii lunae, ac vigesimus sextus annus naturalis vigintoctennii solis. hoc autem quartum pascha est, quo pro nobis passus est Christus, verus deus noster. testimonium autem perhibet ipsum quoque evangelium, his verbis (Ioan. 18) "ipsi vero in praetorium non intrabant, ne pollucrentur, sed postridie pascha possent rite comedere." item (cap. seq.) "Iudaei porro, ne eorum corpora in cruce manerent sabbato (erat enim pridie sabbati, quod admodum magna solennitate acturi erant), a Pilato postularunt ut iis ossa confringerentur atque deponerentur." quo igitur tempore Christus suo corpore pro nobis supplicium luit, eo legitimum pascha non edit, sed

μον οὐκ ἔφαγε πάσχα, ἀλλ' αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη. ὅτι δὲ οὐ κατὰ τὴν ιδ' ἐπετέλεσε τὸ πάσχα, ἀλλὰ πρὸ τούτου τὸ μυστικὸν ἐτέλεσε δεῖπνον, ὅτι καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο, εὑρίσκεται τοῖς μαθηταῖς μεταδιδοὺς οὐ θύματος οὐδὲ ἀζύμων, ἀλλ' ἄρτου καὶ ποτηρίου.

Οἱ δὲ τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ ἀναγράφοντες εἰς τὸ ͵εφ' ἔτος καὶ τὸ πάθος ἐν τῷ ͵εφλγ' σφάλλουσι, μὴ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ἔτους ἐπιστάμενοι.

Κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἐνσάρκου ἐπιδημίας Χριστοῦ τοῦ
C ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ἦν τις τοπάρχης πόλεως Ἐδέσσης, ὀνόματι Αὔγαρος. διαδοθείσης οὖν πανταχοῦ τῆς τῶν θαυμασίων φήμης Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἀκούσας καὶ αὐτὸς ὁ ῥηθεὶς τοπάρχης ἐξίστατο ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπόθει ἰδεῖν τὸν Χριστόν. οὐκ ἠδύνατο δὲ διὰ τὸ ἀνιάτως νοσεῖν. γράφει τοίνυν ἐπιστολὴν πρὸς αὐτόν, ἣν ἀπέστειλε δι' Ἀνανίου τῶν αὐτοῦ ταχυδρόμων, ὃς ἐν πείρᾳ ἐτύγχανε καὶ τῆς ζωγραφικῆς τέχνης. παρήγγειλε δὲ αὐτῷ ὁ Αὔγαρος λαβεῖν ἐν σανίδι τὸ ὁμοίωμα τῆς τοῦ Χριστοῦ ἰδέας. ἡ δὲ ἐπιστολὴ τοῦ Αὐγάρου κατὰ ῥῆμα διέξεισι τάδε. “Αὔγαρος τοπάρχης πόλεως Ἐδέσσης Ἰησοῦ σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν πόλει Ἱεροσολύμων, χαίρειν. ἤκουσταί μοι τὰ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων ὡς ἄνευ φαρμάκων ὑπό σου γινομένων· ὡς γὰρ
D λόγος, τυφλοὺς ἀναβλέπειν ποιεῖς, χωλοὺς περιπατεῖν, λεπροὺς καθαρίζεις, καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα λόγῳ ἀπελαύνεις, καὶ τοὺς ἐν μακρονοσίᾳ βασανιζομένους θεραπεύεις καὶ νεκροὺς ἐγείρεις.

ipse pro nobis victima factus est. quod autem non decimo quarto die pascha celebraverit, sed eum anteceperit mysticae coenae institutione, quo tempore infermentatorum panum sanctificatio et festivitatis apparatus aguntur, argumento est, quia discipulis non de victima et panibus infermentatis, sed panem et vinum tradidit.

Qui Christum scribunt anno 5500 natum, anno 5533 supplicio affectum, errant neque praecise annos norunt.

Eo tempore quo in terris homo Christus egit, fuit quidam Edessae regulus nomine Augarus. ad hunc quoque miraculorum a deo nostro Christo editorum undique sparsa pervenit fama; quorum admiratione perculsus Christum videre desideravit. quod ne fieret, insanabili morbo impediebatur. itaque ad eum mittit epistolam per unum de suis cursoribus Ananiam nomine, eique (nam et pingere norat) mandat ut Christi formam in tabula depingeret. epistolae exemplum infra scriptum est. “Augarus regulus Edessae urbis Iesu servatori bono, existenti in urbe Hierosolyma, salutem. allatum ad me est te sine medicamentis morbos depellere: fertur enim abs te caecis visum, claudis ingressum restitui, leprosos repurgari, verbisque tuis immundos spiritus abigi, eós qui diuturnis morbis torquentur sanari, mortuos in vitam revocari. quibus

ταῦτα πάντα ἀκούσας περί σου κατὰ νοῦν ἐθέμην ὅτι θεὸς εἶ καὶ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ταῦτα ποιεῖς, ἢ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, ποιῶν ταῦτα. διὰ ταῦτα τοίνυν γράψας ἐδεήθην τῆς σῆς ἰσχύος καὶ ἀγαθότητος σκυλῆναι καὶ ἐλθεῖν πρός με, ἵνα τὸ πάθος ὃ ἔχω θεραπεύσῃς. καὶ γὰρ ἤκουσα ὅτι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι καταγογγύζουσί σου καὶ βούλονται κακῶσαί σε. πόλις δέ μοί ἐστι σμικροτάτη, ἥτις ἐξαρκέσει ἀμφοτέροις ἡμῖν. ἔρρωσο." ὁ δὲ ταχυ- P 176
δρόμος ἀπελθὼν ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ δοὺς τῷ κυρίῳ τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἐπιμελῶς ἀτενίζων αὐτῷ, μὴ δυνάμενος δὲ πλησίον αὐτοῦ στῆναι διὰ τὸ συρρεῦσαν πλῆθος, ἐπί τινα πέτραν μικρὸν τῆς γῆς ἀνεστηκυῖαν ἀναβὰς ἐκαθέσθη, καὶ εὐθὺς ἐκείνῳ μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ δὲ χάρτῃ τὴν χεῖρα προσήρειδε, καὶ τὴν τοῦ φαινομένου μετέγραφεν ὁμοιότητα. καὶ οὐδαμῶς ἠδύνατο αὐτὸν καταλαβεῖν διὰ τὸ ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ ὄψει φαίνεσθαι. ὁ δὲ κύριος, ὡς ἅτε κρυφίων γνώσεων καὶ καρδιῶν ἐξεταστής, γνοὺς τὴν ἐνθύμησιν αὐτοῦ μετεκαλέσατο αὐτόν, καὶ ζητήσας νίψασθαι ἐπεδόθη αὐτῷ ῥάκος τετράδιπλον μετὰ τὸ νίψασθαι, ἐν ᾧ καὶ ἀπεμάξατο τὴν ἄχραντον καὶ θείαν αὐτοῦ ὄψιν. καὶ ὢ τοῦ θαύμα- B
τος, παρευθὺς ἐνετυπώθη τῆς αὐτοῦ μορφῆς τὸ ἀπεικόνισμα ἐν τῇ σινδόνι, ἣν καὶ ἀπέδωκε τῷ Ἀνανίᾳ εἰπών "ἄπελθε, καὶ ἀπόδος αὐτὴν τῷ ἀποστείλαντί σε." ἀντέγραψε δὲ ὁ κύριος καὶ ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Αὔγαρον, ἐπὶ λέξεως ἔχουσαν οὕτως "μακάριος εἶ, Αὔγαρε, πιστεύσας ἐν ἐμοὶ μὴ ἑωρακώς με. γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ, τοὺς ἑωρακότας με μὴ πιστεύειν ἐν ἐμοί· οἱ δὲ μὴ

omnibus de te auditis in eam veni cogitationem, te deum esse caeloque degressum ista facere, aut filium esse dei, qui ista praestes. itaque missis literis volui hoc abs tua potestate et bonitate contendere, uti ad me proficiscare ac me morbo meo liberes. nam et hoc mihi nuntiatum est Iudaeos tibi obloqui ac insidias tendere. at mihi urbs est, quanquam perexigua, tamen ambobus suffectura. vale." cursor Hierosolyma profectus Christo epistolam exhibuit; eumque diligenter attentis contemplatus oculis, cum a confluente turba propius astare non sineretur, in saxum quoddam paululum supra terram eminens consedit, ibique statim oculos Christo, manum chartae intendit, ut apparentis figurae effigiem depingeret. verum is conatus frustra fuit, domino subinde vultum mutante. sed Christus, cui occultae cordis cogitationes exploratae essent, proposito ipsius intellecto hominem ad se vocavit; ac lavare faciem quaerens, postquam abluisset, in pannum quadruplicem sibi oblatum divinae suae et immaculatae faciei simulacrum maximo miraculo impressit. eam sindonem Ananiae tradidit, mandans ut domino suo afferret, ac una epistolam, quam in haec verba rescripsit. "beatus es, Augare, qui mihi non viso fidem habuisti. sic enim de me literis traditum est, eos qui me videant, fidem mihi non habituros, verum eos

ἑωρακότες με αὐτοὶ πιστεύουσι καὶ ζήσονται. περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι ἐλθεῖν πρός σε, δέον ἐστὶ πάντα πληρῶσαί με δι' ἃ C ἀπεστάλην, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι ἀναληφθῆναί με πρὸς τὸν ἀποστείλαντά με πατέρα. ἐπειδὰν δὲ ἀναληφθῶ, ἀποστείλω σοι ἕνα τῶν μαθητῶν μου, ὀνόματι Θαδδαῖον, ὅστις καὶ τὸ πάθος σου θεραπεύσει καὶ ζωὴν αἰώνιον καὶ εἰρήνην σοι παράσχῃ, καὶ τῇ πόλει σου γενήσεται τὸ ἱκανὸν πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἐχθρῶν κατισχῦσαι αὐτῆς." ἐπιθεὶς ἐν τῷ τέλει καὶ σφραγῖδα γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν ἑπτά, ἅ τινα μεθερμηνευόμενα ταῦτα δηλοῦσι, θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον. ὁ δὲ τοπάρχης Αὔγαρος δεξάμενος περιχαρῶς τὸν Ἀνανίαν, πεσὼν προσεκύνησε τὴν ἁγίαν εἰκόνα καὶ ἄχραντον τοῦ κυρίου πίστει καὶ πόθῳ πολλῷ, καὶ παραχρῆμα ἰάθη ἀπὸ τῶν νόσων αὐτοῦ, μικροῦ τινὸς λειψάνου ὑπολειφθέντος D ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ. ἦν γὰρ ὁ Αὔγαρος δυσὶ νοσήμασι ταλαιπωρούμενος, ἑνὶ μὲν ἀρθρίτιδι χρονίᾳ, ἑτέρᾳ δὲ λέπρᾳ μελαίνῃ, ἐκδαπανώσῃ τὸ σῶμα αὐτοῦ. ὃς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἄρθρων ὀδύναις συνείχετο καὶ τοῖς τῆς λέπρας ἐταλαιπωρεῖτο κακοῖς, ἀφ' ἧς ἐγένετο αὐτῷ ἡ τῆς ἀμορφίας αἰσχύνη, δι' ἣν οὐδὲ θεατὸς ἦν σχεδὸν τοῖς ἀνθρώποις.

Μετὰ δέ γε τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον καταλαβὼν ὁ ἀπόστολος Θαδδαῖος τὴν Ἔδεσσαν, προσήγαγε τῇ κολυμβήθρᾳ τὸν Αὔγαρον, καὶ πάντας τοὺς αὐτοῦ ἐβάπτισεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ ἐξῆλθε τοῦ ὕδατος καθαρὸς καὶ ὑγιής, ἀπαλειφθέντος καὶ τοῦ μικροῦ λειψάνου τῆς λέπρας τοῦ ὑπολειφθέντος

qui me non vidissent, fidem mihi atque vitam habituros. quod petis ut ad te veniam, mihi omnia absolvenda sunt ea quorum gratia missus sum, iisque confectis redeundum ad patrem, qui miserat. eo facto mittam ad te unum meorum discipulorum, nomine Thaddaeum: is et morbo te solvet et vitam aeternam pacemque tibi et tuis praebebit, urbsque tua ab omnibus hostibus tuta et invicta fiet." in fine sigillum posuit literis septem Ebraicis notatum; quarum sensus est, dei spectatum divinum miraculum. Augarus recepto magna cum laetitia tabellario pronus concidit, divinamque adoravit imaginem magna cum fide et desiderio; statimque morbis suis liberatus est, exiguis in facie remanentibus adhuc reliquiis. etenim duobus morbis fuerat conflictatus, articulorum scilicet diuturnis doloribus ac lepra nigra, quae corpus eius depascens adeo deformaverat ut prae pudore vix unquam se cernendum hominibus praeberet.

Postquam Christus supplicio tolerato in caelum rediit, Thaddaeus Edessam venit apostolus, adduxitque Augarum ad piscinam, omnesque qui cum illo erant in nomen patris filii ac spiritus sancti baptizavit. atque Augarus purus ac sanus de aqua exiit, deleto etiam parvo illo,

ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ. ἔκτοτε δὲ παντοίως ἐσέβετο καὶ ἐτίμα τὸ P 177
σεβάσμιον ἐκτύπωμα τῆς τοῦ κυρίου μορφῆς, προσθεὶς καὶ τοῦτο
ὁ τοπάρχης τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ καλοῖς. ἔκπαλαι τῶν καιρῶν πρὸ
τῆς δημοσίας πύλης τῆς πόλεως Ἐδέσσης ἄγαλμά τι τῶν Ἑλληνι-
κῶν θεῶν ὕπερθεν ἀνεστήλωτο, ὃ πάντα τὸν ἐντὸς τῆς πόλεως
βουλόμενον εἰσιέναι ἀνάγκη ἦν προσκυνεῖν καὶ εὐχὰς ἀποδιδόναι,
καὶ οὕτως εἰσέρχεσθαι ἐν τῇ πόλει. τοῦτο οὖν τὸ ἀκάθαρτον
καὶ δαιμονιῶδες ἄγαλμα καθελὼν καὶ τελείῳ παραδοὺς ἀφανι-
σμῷ, εἰς τὸν ἐκείνου τόπον τὴν ἀχειροποίητον ταύτην εἰκόνα τοῦ
σωτῆρος ἡμῶν καὶ θεοῦ ἐπὶ σανίδος κολλήσας καὶ καλλωπίσας
ἀνέστησεν, ἐπιγράψας ἐν αὐτῇ ταῦτα τὰ ῥήματα "Χριστὲ ὁ θεός, B
ὁ εἰς σὲ ἐλπίζων οὐκ ἀποτυγχάνει." καὶ λοιπὸν ἐθέσπισε πάντα
τὸν διὰ τῆς πύλης ἐκείνης εἰσέρχεσθαι μέλλοντα τὸ προσῆκον
σέβας καὶ τὴν τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πολυθαυμάστῳ καὶ θαυμα-
τουργῷ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνι, καὶ οὕτως εἰς τὴν πόλιν εἰσέρχεσθαι.
καὶ διετηρήθη τὸ τοιοῦτον τοῦ ἀνδρὸς εὐσεβὲς θέσπισμα μέχρι
τῆς ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ παροικίας καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ δὲ τούτου
ἔκγονος τῆς παππῴας ἀρχῆς διάδοχος γεγονὼς ἀπελάκτισε τὴν
εὐσέβειαν καὶ πρὸς τὰ εἴδωλα ηὐτομόλησε, καὶ πάλιν ἠβουλήθη
ἀναστηλῶσαι δαιμονικὴν στήλην, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα
καθελεῖν. τοῦτο γνοὺς ὁ ἐπίσκοπος Ἐδέσσης διὰ θείας ἀποκα- C
λύψεως τὴν ἐνδεχομένην ἔθετο πρόνοιαν. ἐπειδὴ γὰρ ὁ τόπος
ὑπῆρχε κυλινδροειδής, θρυαλλίδα πρὸ τῆς θείας εἰκόνος ἀνάψας
καὶ κέραμον ἐπιθείς, εἶτα ἔξωθεν τιτάνῳ καὶ πλίνθοις ἀποφράξας
τὸ ἐμβαδόν, εἰς ὁμαλὴν ἐπιφάνειαν τὸ τεῖχος ἀπηύθυνε, καὶ ἐν

quod remansisse in eius fronte diximus, vestigio. exinde summo studio Augarus venerandam divinae formae imaginem coluit, addiditque hoc aliis suis benefactis. antiquitus ante publicam Edessae portam in sublimi quaedam alicuius Graecorum deorum effigies stabat, quam adorare cogebatur ac ei vota facere quicunque urbem intrare vellet. eam Augarus sustulit, atque pessundedit; inque eius locum imaginem illam Christi, sine manuum opera factam, constituit tabulae agglutinatam exornatamque, cum tali inscriptione "Christe deus, qui in te sperat, voti fit compos." iussitque ut quicunque per eam intrare vellet portam, imagini debitum honorem atque venerationem exhiberet. hoc pio instituto obtemperatum est, quamdiu Augarus atque post hunc filius vixerunt. nepos autem cum in avi locum et regnum successisset, abiecta pietate ad simulacrorum cultum descivit, statuitque sublata Christi imagine statuam daemonis reponere. at episcopus Edessae, cum sibi ea res divinitus esset patefacta, quanta licuit providentia malo occurrit. quia enim locus erat cylindri forma, lucernam accensam divinae imagini praeposuit; iniectaque tegula, et reliqua capacitate calce ac lateribus obstructa, ita locum complanavit, ut aequalis caetero muro esset. itaque impius ille,

τῷ μὴ ὁρᾶσθαι τὴν φθονουμένην μορφὴν ἀπέστη τῆς ἐγχειρήσεως ὁ δυσσεβής. ἔρρει τοίνυν διὰ μέσου χρόνος πολύς, καὶ τῆς ἐξ ἀνθρώπων μνήμης ἀπερρύη ἡ τῆς ἱερᾶς ταύτης εἰκόνος ἀπόκρυψις. ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης τὰς τῆς Ἀσίας πόλεις πορθῶν καὶ καταστρεφόμενος κατέλαβε καὶ Ἔδεσσαν ἐπὶ τῆς βα-
D σιλείας, καὶ πᾶσαν μηχανὴν κινήσας πρὸ τῶν ἄλλων τῆς πόλεως, οἷον βελῶν ἀφέσεις, κατασείσης τειχῶν, διαθραύσεις πυλῶν, εἰς φόβον καὶ ἀγωνίαν ἐνέβαλε τοὺς τῆς πόλεως. οἳ ἐν ἀμηχανίᾳ καὶ ἀπογνώσει καταστάντες πρὸς τὸν θεὸν καταφεύγουσι, καὶ μετ' ὀδύνης καρδίας καὶ δακρύων ἐζήτουν αὐτόν, διὸ καὶ εὗρον· ἐγγὺς γὰρ κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, κατὰ τὸν θεῖον Δαβίδ. φαίνεται γὰρ εἶναι διὰ τῆς νυκτὸς Εὐλαλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ γυνή τις εὐσταλὴς καὶ κοσμία, κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον, ὑποτιθεμένη αὐτῷ καὶ λέγουσα ὅτι ἐπάνω τῆς πύλης τῆς πόλεως, ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, διὰ τόνδε τὸν τρόπον, ἡ τιμία εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ ἀποκέκρυπται, ἣν ἀναζητήσας καὶ λαβὼν πάντα
P 178 αἰσίως πράξεις. ὁ δ' ἐπίσκοπος χαρᾶς ἀφάτου πλησθεὶς καὶ τὸν τόπον καταλαβὼν καὶ τοῦτον διαρρήξας, ὢ τοῦ θαύματος, εὗρε τὴν θείαν εἰκόνα ἀδιαλώβητον καὶ κεχαραγμένην καὶ τὴν θρυαλλίδα ἐν τοσούτῳ χρόνῳ μὴ ἀποσβεσθεῖσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πρὸς φυλακὴν ἐπιτεθέντι πρὸ τοῦ λύχνου κεραμῷ ἐκτυπωθὲν ἕτερον ὁμοίωμα ἀπαράλλακτον τοῦ πρωτοτύπου. τοῦτο λαβὼν ὁ ἐπίσκοπος μετὰ χαρᾶς ἀμέτρου, καὶ λιτανεύσας καὶ εὐχαριστήσας, κατ-

3 ἡ om P    6 πρὸς τὴν ἅλωσιν?

cum invisa ipsi imago non conspiceretur, ab incepto destitit. sed longo deinceps temporis tractu prorsus ex hominum memoria sacrae istius imaginis occultatio deleta est. post, Iustiniano imperatore Romanorum, Chosroes Persarum rex urbes Asiae oppugnans atque vastans etiam Edessam obsedit. quam cum omnibus machinis ac conatu tentaret, tormentis, concussione murorum, portarum perruptione urgens, magnum oppidanis metum incussit. ii cum iam de salute desperarent inque extremis essent angustiis, ad deum confugerunt, atque eum aegro corde et lacrimis requirentes invenerunt, quia, ut divinus cecinit Davidus, propinquus est omnibus ipsum vere invocantibus. proinde noctu Eulalio episcopo apparuit mulier quaedam forma et ornatu quam humana fert natura augustiore, monuitque eum supra portam (locum ac modum simul indicabat) latere abditam venerandam Christi imaginem, qua inventa et recepta omnia dextre esset acturus. episcopus immensa repletus laetitia, loco invento et aperto, repperit (proh miraculum) divinam imaginem incolumem lucernamque tanto temporis decursu non exstinctam, atque adeo in tegula quae fuerat ante lucernam custodiae causa obiecta, aliam exemplari per omnia assimilem impressam imaginem. hac ille ingenti cum gaudio arrepta, supplicatione et gratiarum actione peractis, cum

ἔλαβε τὸν τόπον καθ᾽ ὃν οἱ Πέρσαι διώρυττον. ὡς δὲ πλησίον ἀλλήλων ἐγένοντο ἐν τῷ ὀρύγματι, ἀπὸ τῆς λυχνίας ἐκείνης ἔλαιον ἐπιστάξαντες εἰς τὸ ηὐτρεπισμένον πῦρ πάντας ἀπώλεσαν ἄρδην. ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξωθεν ἀναφθεῖσαν πυρὰν ὑπὸ τῶν Περσῶν κατὰ B τῶν ἔνδον, ἣν ἄπειρος ὕλη ὑπέτρεφεν, ὡς πλησίον αὐτῆς ἐγένετο ὁ ἐπίσκοπος μετὰ τοῦ θείου ἐκτυπώματος, ἐξαίφνης βίαιος ἄνεμος ἐγερθεὶς κατὰ τῶν ἀναφλεγόντων ταύτην ἀντέστρεψεν, οὓς καὶ ἐμπυρίζουσα ἀπέστρεψε. ταῦτα παθόντες μᾶλλον ἢ δράσαντες οἱ Πέρσαι, οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δὶς καὶ πολλάκις, μετ᾽ αἰσχύνης ἀπείρου ὑπεχώρησαν ἄπρακτοι.

Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων πανταχόθεν συνερρύη τὰ ἁγιώτατα καὶ κάλλιστα, ἦν δὲ ἄρα θεῖον βούλημα καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ θείαν εἰκόνα μετὰ τῶν ἄλλων ἀποθησαυρισθῆναι καλῶν, ὁ τῶν Ῥωμαίων κυριαρχῶν Ῥωμανὸς ὁ Λακαπηνὸς σπούδασμα ποιεῖται κατευμοιρῆσαι ταύτης καὶ καταπλουτίσαι C τὴν βασιλεύουσαν. καὶ δὴ κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐξαπέστειλε πρὸς τὴν Ἔδεσσαν μηδὲν ἀνύσας. ὁ μὲν γὰρ ἐπέκειτο αὐτῶν, οἱ δὲ ἀνέδυον καὶ παρεκρούοντο. καὶ τελευταῖον πεισθέντες ἐπένευσαν· ὁ γὰρ ἄναξ Ῥωμαίων τῇ ἐφέσει τοῦ τοιούτου καλοῦ πρὸς πάντα ὑπείξας τὰ παρ᾽ αὐτῶν προβαλλόμενα, καὶ δοὺς αὐτοῖς διακοσίους Σαρακηνοὺς καὶ ἀργύρου ἐπισήμου χιλιάδας δώδεκα, καὶ ἀσφαλισάμενος διὰ σφραγῖδος χρυσῆς τοῦ μὴ πολεμίως ἐπέρχεσθαι τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα κατὰ τῶν τεσσάρων πόλεων ἐκείνων, μηδὲ ληΐζεσθαι ταύτας, ἐπέτυχε τῆς αἰτήσεως. D ἐπεὶ γὰρ συνεχωρεῖτο γενέσθαι καὶ παρεχώρησεν ὁ ἀμηρᾶς,

locum petiit qua Persae cuniculos agebant. cumque prope illos pervenisset, ex lucerna oleum instillavit in ignem ab iis paratum, isque ignis hostes ad unum omnes consumpsit. sed et foris Persae ad laedendos oppidanos rogum succenderant; qui ignis cum aleretur copiosissima materia, ubi prope cum divina effigie accessit episcopus, subito exortus validus ventus, eum in eos qui succenderant distulit eosque urens abegit. ita Persae non semel tantum sed saepius male accepti, Edessa integra et re infecta maximo cum dedecore discesserunt.

Enimvero cum in urbem quae imperii caput est omnia undique sacerrima atque pulcherrima confluerent, ac dei voluntas esset ut inter alia ibi haec quoque reconderetur divina imago, Romanus Lacapenus, imperator Romanorum, operam dedit ut ea potiretur eaque Constantinopolim ditaret. saepe eius rei causa frustra legatos miserat. tandem cupiditate eius obtinendi cum Edessenis omnia ipsorum postulata concessisset, obtinuit. dedit 200 Saracenos, 12 milia argenti signati; aureoque sigillo confirmavit nunquam legiones Romanas hostiliter quattuor illas urbes accessuras aut praedam acturas. ita voti compos factus,

λαβόντες οἱ ἐπίσκοποι, ὅ τε Σαμοσατῶν καὶ ὁ τῆς Ἐδέσσης, καὶ
ἕτεροί τινες τῶν εὐλαβῶν τὸ ἅγιον ἐκεῖνο ἀπεικόνισμα καὶ τὸ χρι-
στόγραφον ἐπιστολίδιον εἴχοντο τῆς ὁδοῦ· καὶ πάλιν ἄπειρα ἐτε-
λεῖτο θαύματα. ὡς δὲ κατήντησαν ἐν τῷ τῶν ὀπτιμάτων θέματι,
ἐν τῷ τῆς θεοτόκου ναῷ τῷ Εὐσεβίου λεγομένῳ, πολλοὶ προσελ-
θόντες μετὰ πίστεως ἀπὸ ποικίλων νόσων ἰάθησαν. ἔνθα καί τις
προσῆλθεν ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλούμενος, καὶ τάδε οἱονεὶ ἀπεφοίβα-
σεν "ἀπόλαβε, Κωνσταντινούπολις, δόξαν καὶ χαράν, καὶ σὺ
πορφυρογέννητε τὴν βασιλείαν σου." καὶ παραυτὰ ἰάθη ὁ ἄν-
θρωπος. τῇ δὲ ιε' τοῦ Αὐγούστου μηνός, κατὰ τὸ ,ϛυνβ' ἔτος τῆς
P 179 τοῦ κόσμου γενέσεως, κατέλαβον τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς ὑπερα-
γίας θεοτόκου οἱ τὸ ἅγιον διακομιζόμενοι, ὃ καὶ σεβασμίως καὶ περι-
χαρῶς ὑπεδέχθη καὶ προσεκυνήθη παρά τε τῶν βασιλέων καὶ τῶν
ἐν τέλει καὶ τῶν λοιπῶν πάντων. τῇ δὲ ἐπαύριον μετὰ τὸν ἀσπα-
σμὸν καὶ τὴν προσκύνησιν ἀράμενοι τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπὶ
τῶν ὤμων ὅ τε ἀρχιερεὺς Θεοφύλακτος καὶ οἱ νεάζοντες βασιλεῖς
(ὁ γὰρ γέρων δι' ἀσθένειαν ἀπελείπετο), ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς γερου-
σίας ἅπαντες μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος, τῇ προση-
κούσῃ δορυφορίᾳ παρέπεμπον μέχρι τῆς χρυσείας πόρτης. κἀκεῖ-
B θεν πάλιν ἀναλαβόμενοι ὁμοίως μετὰ ψαλμῶν καὶ ὕμνων κατέλα-
βον τὸν περιώνυμον μέγιστον ναὸν τῆς ἁγίας σοφίας. εἶτα ἀνῆλ-
θον εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἐν τῷ θεομητρὸς ναῷ Φάρῳ κατέθεντο
τὸ τίμιον καὶ ἅγιον ἐκτύπωμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,

22 θεομήτορος?

Amera concedente, episcopi Samosatenus Edessenus aliique pii sanctam illam effigiem ac epistolam a Christo scriptam Edessa auferentes iter ingressi sunt. rursus tam infinita sunt edita miracula. cum pervenissent ad templum dei genitricis, quod est in optimatum regione ac Eusebii dicitur, multi fide praediti accedentes a variis morbis sunt liberati. ibi etiam quidam accessit qui a daemone vexabatur, atque haec quasi divino instinctu vaticinatus est "recipe Constantinopolis gloriam et laetitiam, tuque Porphyrogennete tuum regnum." statimque sanatus est. die decima quinta Augusti, anno mundi 6452, ii qui sacram imaginem ferebant, Blachernas ad aedem beatissimae dei genitricis pervenerunt. ibi accepta est reverenter ac magno cum gaudio, adorataque a Caesaribus, a proceribus et reliquis omnibus. postridie post salutationem et adorationem, humeris suis sublatam imaginem Christi summus pontifex Theophylactus et imperatoris filii (senex enim imbecillitate detinebatur) ac praeterea senatores omnes cum universa ecclesiasticorum turba, quo decet comitatu usque ad portam Auream deduxerunt. inde eodem ritu, psalmis et hymnis adhibitis, ad nobile et maximum divinae sapientiae templum detulerunt. postea ad imperatorem ascenderunt, et in Pharo, quae est aedes divae virginis, venerandam atque sacram Christi imagi-

εἰς φυλακτήριον μέγιστον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως, πάλιν δὲ τῆς τῶν ἱστοριῶν ἀκολουθίας ἑξόμεθα.

Τοῦ δὲ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα τεχθέντος εὐθὺς Αὔγουστος Καῖσαρ ἐκράτησε πάντων, καὶ τὰς ἐθναρχίας πάσας καὶ μερικὰς βασιλείας καταλύσας τοῖς Ῥωμαίων οἴαξι πάντας ὑπέταξε, καὶ βαθεῖα εἰρήνη πανταχοῦ γέγονε· τῆς γὰρ θείας βοηθείας ἐπιφανείσης νῶτα δεδώκασιν οἱ πολέμιοι, καὶ C αἱ πάλαι τἀναντία φρονοῦσαι βασιλεῖαι ὑπέκλιναν τὸν αὐχένα καὶ τὸν σωτήριον ζυγὸν ὑπεδέξαντο. τῇ γὰρ ἀληθείᾳ καὶ τῇ τῶν πραγμάτων μαρτυρίᾳ οἱόν τινι φωνῇ χρησάμενος ὁ θεὸς τὸ οἰκεῖον ὕψος ὑπέδειξε. προειδὼς τοίνυν ὁ θεὸς τὴν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν ἔφη διὰ τοῦ προφήτου "σχολάσατε, καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός· ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ." ἡμῖν δὲ παραδηλῶν τίς οὗτός ἐστι, καὶ ὥσπερ συνευφραινόμενος ἐπάγει "κύριος τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ θεὸς Ἰακώβ." τοῦ δὲ Ἰακὼβ τὴν μνήμην οὐχ ἁπλῶς ἐποιήσατο· ἀλλ' ἐπειδὴ πρῶτος ἐκεῖνος τὴν τῶν ἐθνῶν προεθέσπισε κλῆσιν ("οὐκ ἐκλείψει" γάρ φησιν "ἄρχων ἐξ Ἰούδα, ἕως ἂν D ἔλθοι ὃ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν"), τὴν μεταβολὴν τῶν ἐθνῶν κἀνταῦθα προθεσπίζων, εἰκότως τὸν τοῦ Ἰακὼβ θεὸν τοῦ ταῦτα προειρηκότος ἔφη κατωρθωκέναι. τοιγαροῦν ἐν τῷ μβ' τῆς Αὐγούστου βασιλείας, ἐν τῷ ,εφς' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἤρχθη ὁ κατὰ Ἀντιόχειαν τῶν ἐτῶν ἀριθμός. καὶ Ἡρώ-

nem deposuerunt, magnum praesidium reginae urbium urbis et omnium Christianorum. atque haec quidem hactenus. nos ad historiae continuationem revertamur.

Nato Christo statim Augustus omnia in suam redegit potestatem, ac dominationibus gentium regnisque particularibus abolitis omnia Romano imperio subiecit. ita tum summa pax obtinuit. quippe deo rem Romanam adiuvante hostes terga verterunt, et regna pridem adversa tum cervices subdiderunt iugo salutari. nam deus veritate et rerum ipsarum testimonio tanquam voce utens, suam tunc maiestatem demonstravit. proinde deus Iudaeorum vecordiam praevidens per vatem ita est vaticinatus "cessate et cognoscite me esse deum, qui et inter gentes et in terra exaltabor." nobis autem significans quisnam ille sit, ac quasi gratulans nobis vates "deus" inquit, "exercituum dominus a partibus nostris est: patrocinium nostri suscipit deus Iacobi." neque vero otiosa est Iacobi mentio, sed ideo facta quod is primus de vocatione gentium est vaticinatus. verba eius sunt "non deerit princeps Iuda oriundus, donec is veniat cui reposita est summa rerum: is erit spes gentium." itaque Davidus iam tum mutationem gentium praedicens, convenienter ait deum Iacobi, qui ista fuit vaticinatus, rem praeclare gessisse. ceterum anno regni Augusti 48, anno mundi 5506 annorum Antiochensium

δης μὲν ἐξ ἐθνῶν ἤδη βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας ἀνηγορευμένος, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος, καὶ τοῦ Ἡρώδου κακῶς τὸν βίον διαλλάξαντος, πεπλήρωται τὸ "οὐκ
P 180 ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός." ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἡρώδης ἀλλόφυλος ὢν περιτμηθεὶς ἦρξε τῶν Ἰουδαίων καὶ ἀρχιερέα κατέστησεν ἀλλογενῆ τὸν Ἀνάνιλον, εὐθὺς ἐπαύθη κατὰ τὴν θείαν πρόρρησιν ἡ ἐξ Ἰούδα ἀρχὴ μέχρι τότε κρατήσασα. οἱ γὰρ ἱερεῖς προειστήκεισαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ Πομπήϊος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστὰς τὴν μὲν Ἱερουσαλὴμ κατὰ κράτος πολιορκεῖ, μιαίνει δὲ τὰ ἅγια, τὸν δὲ ἐκ τῆς προγόνων διαδοχῆς μέχρις ἐκείνου τοῦ καιροῦ διαρκέσαντα βασιλέα τε ὁμοῦ καὶ ἀρχιερέα Ἀριστόβουλον δέσμιον ἐπὶ Ῥώμην ἐκπέμψας τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος Ῥωμαίοις ὑπόφορον
B κατέστησε. καὶ οὕτω πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης, ὡς ἔφην, τὸ Ἰουδαῖον ἔθνος ἐγχειρίζεται. καθ' ὃν καιρὸν ἐναργῶς τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐνστάσης ἐξέλιπον οἱ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖς καὶ ἡγούμενοι.

Γεννηθεὶς τοίνυν ὁ Χριστὸς οὐδ' αὐτὸς ἐπὶ τοῦ αἰσθητοῦ θρόνου Δαβὶδ ἐκάθισεν, ἀλλὰ θρόνον λέγει Δαβὶδ τὴν ἀκαθαίρετον καὶ αἰώνιον βασιλείαν. αὐτὸς γάρ ἐστι προσδοκία ἐθνῶν, οὐχὶ τοῦ ἐλαχίστου μέρους τῆς οἰκουμένης. "ἔσται" γάρ φησιν "ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι." καὶ "τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν."

numerus coepit. cumque eo tempore Herodes alienigena Iudaeorum rex esset declaratus nato domino nostro Iesu Christo, Herodesque vitam misere cum morte commutasset, impletum est illud oraculum, quo non ante defuturum principem populi Iuda procreatum dicebatur, quam is cui reposita erat summa rerum, id est Christus, nasceretur. quando enim Herodes alienigena posito praeputio regnum in Iudaeos obtinuit, et Ananilum alienigenam pontificatu maximo affecit, statim Iudaicum imperium, quod hactenus obtinuerat, finitum fuit. etenim sacerdotes rei publicae praefuerant, donec Pompeius Romanorum dux Hierosolymis expugnatis templum polluit, ac Aristobulum, qui eo usque regnum iuxta ac pontificatum a maioribus per successionem accepta gesserat, vinctum Romam misit, ac populum Iudaicum omnem Romanis stipendiarium fecit. eo modo primum Herodi alienigenae in Iudaeos regnum commissum fuit; quo tempore perspicue instante Christi adventu, Iudaeorum et pontifices et principes desierunt.

Natus Christus non invisibili Davidico solio rex consedit, sed solium Davidicum scriptura appellat aeternum et indissolubile. ipse enim est quem exspectant gentes, quae non sunt minima pars orbis terrarum. erit enim, ait, stirps Iessae, et is qui ad imperium in gentes gerendum exorietur: in eo gentes spem ponent. posui te in foedus generis et lu-

καὶ "θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν C θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ." οὗτος οὖν καὶ βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς διέμεινεν, εἰ καὶ μὴ τὰ σκῆπτρα τῆς Ἰουδαίας παρέλαβε, καὶ βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ἐστὶν ὁ θεός. καὶ ἡ ἐλευθερία τοῦ Ἰακὼβ ἐβεβαιώθη, καὶ ἐνευλογήθησαν ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσι τὸν Χριστόν.

Ἵνα δὲ σαφέστερον γένηται πῶς ἡ ἱερατικὴ φυλὴ ἐμίγη τῇ βασιλικῇ, λέξομεν οὕτως. ὁ μὲν Ἰούδας ἐγέννησε τὸν Φαρές, ὁ δὲ Φαρὲς τὸν Ἐσρώμ, ὁ δὲ Ἐσρὼμ τὸν Ἀράμ, ὁ δὲ Ἀρὰμ τὸν Ἀμιναδάμ, ὁ δὲ Ἀμιναδὰμ τὸν Ναασσών, ὁ δὲ Ναασσὼν τὸν Σαλμών, ὁ δὲ Σαλμὼν τὸν Βόοζ, Βόοζ δὲ τὸν Ὠβήδ, Ὠβὴδ δὲ D τὸν Ἰεσσαί, ὁ δὲ Ἰεσσαὶ Δαβὶδ τὸν βασιλέα. ἐπεὶ οὖν ὁ Ναασσὼν υἱὸς ἦν τοῦ Ἀμιναδάμ, τούτου τὴν ἀδελφὴν Ἐλισάβετ ἠγάγετο γυναῖκα ὁ μέγας ἀρχιερεὺς Ἀαρών, ἀδελφὸς Μωϋσέως, ἐκ φυλῆς ὑπάρχων τοῦ Λευΐ. καὶ μέντοι καὶ ὁ θεσπέσιος ἱεράρχης Ἰωδαέ, φυλῆς ὢν τῆς Λευιτικῆς, ἠγάγετο γυναῖκα τὴν ἀδελφὴν Ὀχοζίου, φυλῆς οὖσαν τοῦ Ἰούδα. κἀντεῦθεν λοιπὸν τῆς βασιλικῆς φυλῆς συμμιγείσης τῇ Λευιτικῇ, μάλα γε εἰκότως ὁ κύριος ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου καὶ κατὰ σάρκα μητρὸς αὐτοῦ γενεαλογούμενος οὕτω βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς εἰς τὰ πρὸς θεόν, ὡς ἔφην, ἀνθρώποις ἀναδέδεικται, καὶ προδήλως κηρύττεται βασιλεὺς αἰώνιος P 181 καὶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.

men gentium. in omnia secula propagabo eius progeniem; neque ante solium eius regium successore carebit quam dies caelo non oriatur. is ergo et rex universae terrae permansit, quanquam sceptra Iudaica non acceperit; et rex universae terrae est deus, ac libertas Iacobi confirmata est, inque eius semine omnes terrae tribus beatae factae sunt, omnesque populi Christum praedicant.

Ut autem manifestius fiat quomodo sacerdotalis tribus permixta fuerit cum regia, sic rem exponemus. Iudas Pharezum procreavit. inde ordine prognati sunt Esromus Aramus Aminadamus Naasson Salmon Boozus Obedus Iessas rex Davidus. quoniam igitur Naasson filius erat Aminadami, huius sororem Elizabetam Aaron pontifex maximus uxorem duxit, frater Mosis, tribu Levita. quin et divinus Iodaas, pontifex et ipse maximus, tribu Levita, in matrimonio habuit sororem Ochoziae, Iudaeam tribu. cumque exinde tribus regia fuerit cum sacerdotali permixta, admodum convenienter dominus ex Maria virgine ac matre carnis suae natus, serie generis exposita et rex et sacerdos dei, ut dictum est, deprehenditur. itaque manifesto praedicatur rex sempiternus, idemque aeternus pontifex secundum Melchizedeci ordinem.

Ἐντεῦθεν τοίνυν ἄρχεται ἡ τετάρτη βασιλεία, ἣν ὁ Δανιὴλ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων θηρίων ὀπτασίᾳ τέταρτον θηρίον διαφέρον τῶν ἄλλων τροπικῶς ὀνομάζει, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τῶν πρώτων τεσσάρων στοιχείων δημιουργὸς καὶ τὸν τετραπέρατον κόσμον συνδήσας ἐν τούτοις Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσαρκώθη διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. ὅθεν εἰκότως μέγας βασιλεὺς καὶ ἐπίσημος ὑπὲρ πάντας ὁ Αὔγουστος καὶ δυνατὸς γενόμενος ὑπέταξε τὰς μερικὰς βασιλείας πάσας, διὰ τὸν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ βασιλέα τοῦ παντὸς καὶ
B κύριον τεχθέντα, κατὰ τὴν Ἠσαΐου προφητείαν· φησὶ γάρ "καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων. καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πορεύσονται λαοὶ πολλοί, καὶ ἐροῦσι δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα. καὶ οὐ
C λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν." ὅτι δὲ τὸν μετὰ τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν προσημαίνονται ταῦτα καιρόν, τὰ πράγματα σαφῶς μαρτυροῦσι. πρὸ μὲν γὰρ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας συχναὶ τῶν ἐθνῶν κατ' ἀλλήλων ἐπαναστάσεις ἐγίνοντο, ἅτε δὴ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῆς βασιλείας μεμερισμένης· πάσης δὲ ἡγεμονίας εἰς Ῥωμαίους μετατεθείσης εἰ-

Atque hoc est initium quarti regni, quod Danielus, cum ei quattuor animalia apparerent, sibi animalis specie a reliquis differente repraesentatum ait, quo veheretur primorum quattuor elementorum opifex, qui quatripatentum mundum concinnavit; quo regno scilicet nostrae salutis causa Iesus Christus homo natus est. quare merito omnibus regibus maior illustriorque fuit Augustus, omniaque particularia regna suo imperio subiecit, propter eum qui ipsius aetate nasci debuit rex et dominus universi, quae Esaias his verbis praedixerat (cap. 2) "ultimis porro temporibus mons domini erit illustris, aedesque dei in summo montium: exaltabitur supra colles, et ad eam proficiscentur omnes nationes. multique populi ibunt, ac dicent: agedum conscendamus montem domini et adeamus aedem dei Iacobei: is nobis viam suam monstrabit, inque ea nos ambulabimus. nam de Sione lex egredietur, et sermo domini Hierosolymis exibit; atque causas multarum is nationum disceptabit, et populum multum arguet. tunc de gladiis suis vomeres et de frameis suis falces cudent, neque gens contra gentem gladium arripiet, neque rem porro bellicam discent." iam res ipsae testantur his verbis tempus Christi adventus praedici. antequam enim Romanum imperium inivit, crebra fuerunt populorum alterius adversus alterum bella, quod regnum singulatim per populos divisum esset. postquam summa rerum ad Romanos devo-

ρήνη βαθεῖα κατέσχε τὴν οἰκουμένην, ὡς μηκέτι ἔθνος κατ' ἔθνους ἐπιστρατεύειν ἀλλὰ τῇ γεωργίᾳ προσέχειν. οὐκοῦν μάλα δείκνυται σαφῶς τὸ τῆς προρρήσεως τέλος. διὸ καὶ Δανιὴλ προφητεύει λέγων "καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου D ἑβδομάδας ζ' καὶ ἑβδομάδας ξβ'." αἳ συμπληροῦσιν ἔτη υπγ', ὅσα τὰ τῆς ἀρχῆς ὑπάρχει τῶν Χριστῶν ἡγουμένων, ὧν τελευταίου Ὑρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλωτισθέντος Ἡρώδης ἀπὸ Αὐγούστου παραλαμβάνει τὴν βασιλείαν, μεθ' ὃν οἱ τούτου παῖδες μέχρι τῆς ὑστάτης Ἱεροσολύμων πολιορκίας. οὐκέτι γὰρ ἐκ διαδοχῆς τοῦ ἀρχιερατικοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀσαμονέων ἤτοι Μακκαβαίων, ὥς φησιν Ἰώσηπος, ἱερῶνται τῷ θεῷ, ἀλλ' ἄσημοί τινες, οἱ μὲν ἐνιαύσιοι οἱ δὲ ἐπὶ λόγῳ, παρὰ τῶν Ῥωμαίων τὴν ἱερωσύνην ὠνούμενοι. διὸ καὶ Δανιὴλ προφητεύει λέγων "καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδας ἐξολο- P 182 θρευθήσεται χρίσμα καὶ κρῖμα οὐκ ἔσται" καὶ τὰ ἑξῆς. διεῖλε δὲ τὰς ξθ' ἑβδομάδας οὕτως, τὰς μὲν ἑπτὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, τὰς δὲ ξβ' συναπτομένας ταῖς ζ' εἰς τὸν χρόνον ὃν κατέσχον οἱ χριστοὶ ἡγούμενοι, τὴν δὲ μίαν ἑβδομάδα, καθ' ἣν ὁ κύριος ἐκήρυξε τὴν καινὴν διαθήκην, ἧς ἑβδομάδος ἐν τῷ ἡμίσει ἦλθεν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ἤρθη ἐκ μέσου ἡ διὰ Μωϋσέως παραδεδομένη διαθήκη. καὶ αὖθις "καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἐν τῷ

**luta est, alta per totum orbem pax fuit, populique mutuis bellis omissis agriculturae vacaverunt. ita vaticinii istius exitus apertissime declaratur. itaque etiam Danielus vaticinatur his verbis (cap. 9) "cognosces autem et intelliges ex exitu sermonis, cum decretum fiet et aedificabitur Hierosolyma, usque ad Christi principatum septimanas 7, septimanas 62." hae annos efficiunt 483; totidemque annos uncti potestatem in populum Iudaicum gesserunt. quorum ultimus Hyrcanus, cum a Parthis esset captus, Augustus Herodi regnum tradidit; cuius posteri deinceps id tenuerunt usque ad Hierosolymorum excidium. nam, quod et Iosephus testatur, ab eo tempore non iam ex summorum pontificum stirpe aut Asmoneorum, qui et Maccabaei dicuntur, deo pontifices creabantur: sed id munus obscuri homines alii per annum gerebant, alii alia ratione, redemptum a Romanis pecunia. ideo Danieli quoque oraculum ait post 7 et post 62 septimanas abolitum iri unctionem, neque fore iudicium, et cetera. sic autem dividendae sunt 69 septimanae. 7 a reditu ex exsilio usque ad templi absolutionem. reliquae 62 his sine intervallo succedentes in tempus quo uncti rerum potiti sunt. una autem in tempus quo Christus novum foedus promulgavit; qua media nobis salutiferum Christus subiit supplicium, et sublatum est e medio testamentum quod fuerat per Mosem traditum. rursus "corroboravit foedus multis una septi-**

B ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή. καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως συντελείᾳ δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν Ἱερουσαλήμ." καὶ τὰ λοιπὰ εὑρήσεις ἐν τῇ βασιλείᾳ Τίτου.

Ὁ γοῦν Αὔγουστος τὴν ἐξ Ἰταλίας συναθροίσας δύναμιν κάτεισιν ἐπὶ Ἀντώνιον. καὶ συμβολῆς γενομένης ἡττᾶται Ἀντώνιος, καὶ φεύγει μετὰ τῆς Κλεοπάτρας εἰς Αἴγυπτον. καὶ ὁ μὲν Ἀντώνιος ἑαυτὸν διεχειρίσατο, ἡ δὲ Κλεοπάτρα εὐλαβουμένη τὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ θρίαμβον συσχεθεῖσα, ἀσπίδι τῷ θηρίῳ ἑαυτὴν προσενεγκαμένη τελευτᾷ. Ἥλιος δὲ καὶ Σελήνη τὰ τέκνα αὐτῶν συσχεθέντα προσήχθησαν τῷ θριάμβῳ Ῥώμης.

Ἐπὶ τούτου τοῦ Αὐγούστου, ὥς φησιν Εὐσέβιος τοῦ Παμ-
C φίλου, ἀρχὴν ἡ τετάρτη λαμβάνει βασιλεία, ἣν ὁ Δανιὴλ ἐν τῇ τῶν τεσσάρων θηρίων ὀπτασίᾳ τέταρτον θηρίον φοβερὸν ὀνομάζει. τότε πρῶτον ἐπὶ τῆς δʹ βασιλείας ἐμονάρχησεν Αὔγουστος, ὅτε καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ γυναικὸς ἀειπαρθένου γέννησιν δι' ἡμᾶς κατεδέξατο. ὁ δὲ αὐτός φησιν Εὐσέβιος ὅτι οὗτος ὁ Αὔγουστος ἀπελθὼν εἰς Δελφοὺς ἠρώτησε τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύσει· τοῦ δὲ Πυθίου μηδὲν ἀποκρινομένου, καὶ τοῦ Αὐγούστου πάλιν ἐρωτήσαντος διὰ τί σιγᾷ τὸ μαντεῖον, ἔφη ἡ Πυθία ταῦτα "παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων, τόνδε δόμον προλιπεῖν καὶ ὁδὸν αὖθις ἱκέσθαι. ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων."

mana; eiusque dimidio tolletur sacrificium et libatio, et in templo abominandum vastitatis signum ponetur, ac excidium Hierosolymorum perficietur." reliqua ibi invenies, ubi regnum Titi descripsimus.

Ceterum Augustus collectis per Italiam copiis contra Antonium movit. victus praelio Antonius cum Cleopatra in Aegyptum fugit, ibique sibi ipse mortem conscivit. Cleopatra cum comprehenderetur, ne Romam in triumpho introduceretur, aspidi serpenti sese mordendam praebuit, itaque periit. Sol et Luna, liberi ipsorum, in triumpho Romam ducti sunt.

Sub hoc Augusto, ut Eusebius Pamphili ait, quartum regnum cepit, quod in quattuor animalium visione Danielus animal quartum terribile nominat. tunc primum, inito iam quarto regno, Augustus solus omnem potestatem gessit. quo tempore etiam dominus noster Iesus Christus nostri causa nasci ex muliere perpetuam virginitatem conservante sustinuit. idem Eusebius narrat Augustum Delphos profectum de successuro sibi oraculum consuluisse, et cum vates nihil responderet, scitatum causam cur oraculum conticuerit, hoc responsum tulisse:

me puer Ebraeus iubet hoc discedere templo,
rex divum, et Stygium rursum remeare sub Orcum.
tu tacitus nostra haec iam nunc altaria linque.

*Τῷ δὲ ,εφς΄ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, μβ΄ δὲ Αὐγούστου ἐξῆλθε δόγμα παρ' αὐτοῦ ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ἐν ᾧ ἔτει καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη, Ἡρώδου βασιλεύοντος τῆς Ἰουδαίας, ὃν ὁ Καῖσαρ Αὔγουστος προεχειρίσατο. οὗτος ὁ Καῖσαρ τὸν κόσμον ἑαυτῷ ἅπαντα καθυποτάξας, ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ ὄντα ἀποβιῶναι, παρηγγύησε τοὺς ἐν τέλει πάντας ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ χεῖρας κροτῆσαι καὶ γελάσαι ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῆς. τοῦτο δὲ ποιῆσαι διωρίσατο ἀποσκώπτων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ὡς γέλωτος ἄξιον.* D

*Ὅτι Ἡρώδης οὐ μόνον διὰ τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἀναιρεθέντας ἐπὶ τῇ κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίᾳ παῖδας παιδοκτόνος ὀνομάζεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τοὺς ἰδίους τρεῖς υἱοὺς ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν μητέρα τούτοις ἐπισφάξαι, καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀδελφὸν ἑτέρους τε πολλοὺς τῶν οἰκείων καὶ πλῆθος οὐκ ὀλίγων Ἰουδαίων ἀποκτεῖναι ἐν τῇ αὐτοῦ τελευτῇ.* P 183

*Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς ἔσχεν ὁ μέγας Ἡρώδης υἱούς, Ἡρώδην τὸν καὶ Ἀντίπαν, τὸν ἀποτεμόντα τὸν πρόδρομον, ἐφ' οὗ καὶ ὁ κύριος ἐσταυρώθη ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος, Ἡρώδην τὸν καὶ Φίλιππον, ᾧ πρώτως Ἡρωδιὰς ἐγαμήθη, ἐξ ἧς ἔσχε θυγατέρα Σαλώμην τὴν καὶ ὀρχησαμένην, καὶ Ἡρώδην τὸν καὶ Ἀγρίππαν, τὸν ἀνελόντα τὸν Ζεβεδαίου Ἰάκωβον.* B

*Ὅτι Ἡρώδης ὁ μέγας τέθνηκεν ἑβδομήκοντα ἔτη ζήσας, ἐξ ὧν ἐβασίλευσε τῆς Ἰουδαίας ἔτη λζ΄ παρανόμως. ἐπὶ αὐτοῦ γὰρ ἡ πρόρρησις τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ ἐπληρώθη ἡ λέγουσα "οὐκ ἐκλείψει*

Anno mundi 5506, qui regno Augusti fuit 42, decretum ab ipso exiit ut totus mundus censeretur. eo anno Christus natus est, Herode Iudaeae regnum sibi ab Augusto concessum tenente. Augustus cum totum sibi mundum subiecisset, morte iam appetente Romae proceribus omnibus mandavit ut se defuncto plauderent ac risum tollerent, sicut in mimorum fine fieri assolebat. eo mandato vitam humanam utpote ridiculam rem subsannavit.

Herodes puericida appellatur non modo ob pueros Bethlehemae ab ipso, cum contra Christum saeviret, interfectos, sed etiam quod suos ipsius tres filios iugulasset, facinusque matrem eorum necando cumulasset, et fratrem uxoris ac reliquos domesticorum complures iis addidisset. non parvam etiam Iudaeorum multitudinem moriturus necavit.

Notandum est Herodi magno tres fuisse filios, Herodem, qui et Antipas appellatur, qui cervicem praecidi praecursori Christi iussit (eo regnante Christus crucifixus est, imperante Tiberio Caesare); Herodem cognomento Philippum, cuius primum uxor fuit Herodias, eique Salomen filiam peperit eam quae saltavit; Herodem denique Agrippam, qui Iacobum Zebedaei filium necavit.

Herodes magnus mortuus est septuagenarius. annos 37 regnum in Iudaeam illegitimum tenuit; inque ipso impletum est patriarchae Iacobi

ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὃ ἀπόκειται," ἤτοι ὁ Χριστός. πρῶτος γὰρ ἀλλόφυλος Ἡρώδης Ἰουδαίων ἦρξεν, Ἄραψ ὢν Ἰδουμαῖος, καὶ πρῶτος ἀλλόφυλον ἀρχιερέα κατέστησε, τὸν Ἀνάνιλον, ὡς Ἰώσηππος λέγει.

C Ὅτι Ἡρώδης ὁ μιαιφόνος πρὸς ταῖς πολλαῖς τῶν συγγενῶν φονοκτονίαις ἀναιρεῖ καὶ Ὑρκανὸν τὸν πάλαι ἀρχιερέα καὶ τὸν τούτου υἱὸν καὶ τὴν τούτου ἀδελφήν, ἑαυτοῦ δὲ γυναῖκα, τοὺς δύο οἰκείους υἱοὺς εἰς ἄνδρας τελοῦντας, καὶ τὴν πενθεράν, ἔτι δὲ Σαλώμης τῆς ἰδίας ἀδελφῆς τὸν ἄνδρα· γήμαντος δὲ αὐτὴν ἑτέρου καὶ τοῦτον προστίθησι, πρὸς δὲ καὶ τοὺς ὑφηγητὰς τῶν ἱερῶν νόμων, καὶ τοὺς τῶν πατρίων ζηλωτάς. θεηλάτῳ δὲ πληγῇ καὶ ὕδρωπι συσχεθεὶς σκώληκας ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξέβρασε, καὶ οὕτως δεινῶς ὀδυνώμενος τέθνηκεν.

Ὅτι πενταετὴς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἀνέρχεται.

D Ὅτι Αὔγουστος Ἀρχέλαον μὲν υἱὸν Ἡρώδου Ἰουδαίων ἐθνάρχην κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἀδελφοὺς αὐτοῦ τέσσαρας ὄντας, Ἡρώδην ὁμώνυμον τῷ πατρὶ καὶ Ἀντίπατρον τῷ πάππῳ Λυσανίαν τε καὶ Φίλιππον, εἰς τέσσαρα μέρη διατεμὼν τὴν χώραν ἑκάστῳ διένειμε καὶ τετράρχας αὐτοὺς ὠνόμασε. τότε καὶ λιμὸς ἐν Ῥώμῃ γέγονεν ὡς πραθῆναι τὸν μόδιον χρυσίνων κζʹ.

Ὅτι τῷ ‚εφιθʹ τοῦ κόσμου, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως ἔτει ιγʹ Ἰουδαίων τρίτος Ἡρώδης ἐκράτησεν, ὃς καὶ Ἀγρίππας ἐλέ-

vaticinium, qui non ante defuturum Iuda ortum principem et ducem semine eius cretum edixerat, quam is veniret cui reposita omnia erant, id est Christus. primus enim alienigena Iudaeis imperavit Herodes Idumaeus Arabs, primumque alienigenam pontificem constituit Ananilum, ut Iosephus narrat.

Herodes parricida praeter multas cognatorum neces etiam Hyrcanum interfecit, antiquum pontificem maximum, eiusque et filium et sororem, quam ipse uxorem habebat, item duos filios iam ad virilem aetatem provectos, socrum, Salomes suae sororis maritum, ac rursus alterum cum quo illa secundas nuptias fecerat. addidit et divinae legis enarratores, et qui patrios ritus amplectebantur. divinitus autem aqua intercute punitus, erumpentibus ex corpore eius vermibus, gravissimis doloribus cruciatus periit.

Christus ab Aegypto rediit annos natus quinque.

Archelaum Herodis filium Augustus Iudaeae genti praefecit. reliquam regionem in 4 partes distribuit, eisque reliquos Archelai fratres praeposuit, tetrarchas a quadripartito imperio appellatos. horum nomina sunt Herodes patri, Antipater avo cognomines, Lysanias et Philippus. tanta eo tempore fuit Romae penuria ut modius aureis 27 sit venditus.

Anno mundi 5519, incarnationis autem divinae 13, tertius Herodes, cognomine Agrippa, regnum in Iudaeos obtinuit, alienigena, Herodis

γετο, ἀλλόφυλος ὤν, υἱὸς Ἡρώδου, ἀδελφὸς Ἀρχελάου, ἔτη κδ'· ὁ γὰρ Ἀρχέλαος μετὰ θ' τῆς ἀρχῆς ἔτη εἰς Βίενναν πόλιν τῆς Γαλλίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξωρίσθη. οὗτος Ἡρώδης, ὁ καὶ P 184 Ἀγρίππας, Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀνεῖλε τῷ ιγ' μὲν ἔτει τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, λβ' δὲ τῆς τοῦ κυρίου σαρκώσεως· ἐφ' οὗ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἑκουσίως δι' ἡμᾶς τὸ σωτήριον ὑπέστη πάθος. ὑπὸ τούτου ἡ Πανοσὸς Καισάρεια Φιλίππου μετωνομάσθη διὰ τὸ ἀνακτισθῆναι παρὰ τοῦ τετράρχου Φιλίππου. οὗτος τὴν Τιβεριάδα πόλιν διὰ Τιβέριον Καίσαρα ἔκτισε, καὶ τὴν τῶν Γαβινίων πόλιν τήν ποτε Σαμάρειαν ἐπικτίσας Σεβαστὴν αὐτὴν προσηγόρευσε, τὸ δὲ ἐπίνειον αὐτῆς, τὸν Στράτωνος πύργον πολίσας, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Καισάρειαν ἐκάλεσεν· ὕστερον δὲ καὶ Ἀντιπατρίδα κτίζει. καὶ Πανεῖον εἰδωλεῖον κατεσκεύασεν ἐν Πανεάδι τῷ Πανί, ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ Καισαρείᾳ τῆς Παλαι- B στίνης· καὶ τὸν ναὸν Ἱεροσολύμων διπλοῦν ἀνῳκοδόμησεν. οὗτος ἐξορισθεὶς ἐν Λουγδούνῃ τῆς Γαλλίας ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ σὺν τῇ μοιχαλίδι Ἡρωδιάδι θνήσκει. τὴν δὲ ὀρχησαμένην κόρην ἐπὶ τῇ ἀποτομῇ τοῦ προδρόμου ζῶσαν κατέπιεν ἡ γῆ· οἱ δέ φασιν ὅτι εἰς πάγον παίζουσα ἐπάνω λίμνης διαρραγέντος κατῆλθε κάτω, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποσφηνωθείσης τὸ μὲν σῶμα ἅπαν εἰς τὸν βυθὸν κατῆλθεν, ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπάνω τοῦ πάγου ὑπελείφθη.

Ὅτι ἐπὶ Ἡρώδου πεπλήρωται ἡ προφητεία Δανιήλ. μέχρι γὰρ Ἡρώδου χριστοὶ ἡγούμενοι ἦσαν οἱ ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, C

5 ὑφ' P 7 ἐπὶ?

filius, frater Archelai. regnavit annos 24. nam Archelaus cum 9 annos regnasset, a Romanis est Viennam Galliae urbem in exsilium missus. hic Herodes, qui et Antipas, anno sui regni 13 Ioannem baptistam necavit, Christo 32 agente annum. sub eodem Christus propter nos sponte supplicium pertulit. sub hoc Panosus urbs Caesarea Philippi denominata est, quod eam Philippus tetrarcha refecisset. is in honorem Tiberii Caesaris urbem Tiberiadem condidit; et Gabiniorum urbem, olim Samariae nomine notam, instauravit, ac Sebastem, hoc est Augustam, nuncupavit. eiusque navale, turrim Stratonis, muro cum cinxisset, Caesaream ab ipso Caesare appellavit. post et Antipatridem condidit; et Paneade, quae nunc Caesarea Palaestinae usurpatur, Pani fanum nomine Paneum posuit, ac templum Hierosolymitanum duplum aedificavit. missus autem in exsilium Lugdunum Galliae urbem, vita cum adultera Herodiade summa in egestate exacta, mortuus est. filiam, quae saltando impetrarat ut praecursori caput amputaretur, terra vivam absorpsit. alii ferunt eam, cum in glacie palustri luderet, rupta glacie ita in fundum decidisse ut caput abscissum supra glaciem exstaret.

Herodis tempore impletum est Danieli oraculum. nam ad eum usque uncti, hoc est summi pontifices, Iudaeos rexerant, ab instaurato

ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ τῆς κατὰ Δαρεῖον ἀνανεώσεως τοῦ ἱεροῦ, λή-
ξαντες δὲ ἐπὶ Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα, ὃς διὰ τὸ ὑποτάξαι Ὑρκα-
νοὺς οὕτως ὠνομάσθη. ἔτη υπγ' τὰ μεταξὺ τούτων, ὁπόσα καὶ
ἡ τοῦ Δανιὴλ προφητεία θεσπίζει λέγουσα "καὶ γνώσῃ καὶ συνή-
σεις ἀπὸ ἐξόδου λόγων τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι τὴν
Ἱερουσαλήμ, ἕως χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδας ἑπτὰ καὶ ἑβδο-
μάδας ξβ'." αὗται αἱ ξθ' ἑβδομάδες συμπληροῦσι χρόνους ἐτῶν
υπγ', ὁπόσα ἔτη τυγχάνει τῆς ἀρχῆς τῶν χριστῶν ἡγουμένων, ὧν
τελευταῖον τοῦ Ὑρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλωτισθέντος Ἡρώδης
D ὁ Ἀντιπάτρου τὴν βασιλείαν τῶν Ἰουδαίων, μηδὲν προσήκουσαν
αὐτῷ, ὑπὸ Αὐγούστου καὶ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων παραλαμβά-
νει, κἄπειτα οἱ τούτου παῖδες μέχρι τῆς ὑστάτης Ἱεροσολύμων
πολιορκίας. οὗτος δὲ ἦν Ἡρώδης ὁ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἀσκαλωνί-
του παῖς καὶ μητρὸς Κύπριδος Ἀραβίσσης. καθ' ὃν καιρὸν τῆς
Χριστοῦ γεννήσεως πλησιαζούσης ἡ ἐκ προγόνων διαδοχὴ ἀρχιε-
ρωσύνη τε καὶ ἀρχὴ τῶν Ἰουδαίων κατελύθη, συμπληρουμένης
τῆς προφητείας Ἰακώβ.

Ἑξῆς δὲ ὁ Δανιὴλ προφητεύει λέγων "καὶ μετὰ τὰς ἑξή-
κοντα δύο ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρίμα οὐκ
ἔσται ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμέ-
νου ἐρχομένου, καὶ κοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ πολέμου." καὶ
P 185 ἑξῆς φησί "καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ ἕως
συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται περὶ τὴν ἐρήμωσιν." τὸ
δὲ ἐξολοθρευθήσεσθαι χρῖσμα καὶ κρίμα μὴ εἶναι ἐν αὐτῷ τήν τε

Darii opera templo usque ad Hyrcanum (nomen huic a subactis Hyrcanis fuit) per annos 483, quos etiam Danieli oraculum exprimit. "cognosces et intelliges ab exitu sermonis, quod decretum fiet et aedificabitur Ierusalem, usque ad Christum ducem, septimanae septem et septimanae sexaginta duae." hae septimanae sexaginta novem annos conficiunt 483; totidemque annos imperium Iudaicum penes unctos fuit. quorum postremus Hyrcanus cum esset a Parthis captus, Herodes Antipatri filius regnum in Iudaeos, nihil ad se pertinens, ab Augusto et senatu Romano accepit; idque in eius deinceps stirpe usque ad excidium Hierosolymorum permansit. is ergo Herodes Antipatri Ascalonitae filius fuit, matre Cypride Arabica. quo tempore natalibus Christi appetentibus Iudaeorum in sacerdotium et regnum successio cessavit, impleto Iacobi vaticinio.

Danielus porro ita praedicit "post 62 septimanas abolebitur unctio neque erit iudicium; templumque et sacrarium corrumpentur a populo, cum dux advenerit; caedenturque inundatione belli." his addit "et in templum abominabile vastitatis signum. et dum tempus implebitur, vastitati consummatio dabitur." quod unctionem abolitum iri neque in

πόλιν καὶ τὸ ἅγιον διαφθαρήσεσθαι δηλοῖ. δύναται δὲ νοηθῆναι τοῦτο ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐλθόντος γὰρ αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ ἔθνους σωτηρίαν, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν παρανομίαν καὶ ὕβριν ἥ τε ἱερωσύνη αὐτοῖς καθόλου καὶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ἡ πόλις ἀνταναιρηται. μιᾶς δὲ οὔσης ἑβδομάδος πρὸς τὴν τῶν ο′ συμπλήρωσιν, τὸ ἥμισυ μὲν αὐτῆς ὁ τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελίου νενοήσθω χρόνος. τρισὶ γὰρ ἔτεσι καὶ ἡμίσει τὸ ἔργον τοῦ πατρὸς πεπληρωκὼς ὁ μονογενὴς ἀνελήφθη. πνεύματι δὲ ἁγίῳ τοὺς ἁγίους ἐμπλήσας μαθη- B
τὰς ἐπ᾽ ἄλλοις τρισὶν ἔτεσιν καὶ ἡμίσει εἰς Ἱερουσαλὴμ παρακατεῖχεν αὐτούς, ὁμοῦ μὲν πρὸς τὸν μέγιστον ἆθλον καὶ τὸν τῶν ἐθνῶν τούτους ἀγῶνα παρασκευαζόμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς εἰς ζωὴν τεταγμένους ἐκ τοῦ ἔθνους διὰ πίστεως προσλαμβανόμενος, καὶ τῶν σκιῶν καὶ τῶν τύπων τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἀφιστῶν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῆς καινῆς διαθήκης προσαγόμενος. διὸ καὶ ὁ ἱερός φησι λόγος "καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία," διὰ τῶν εἰρημένων δηλονότι ἑπτὰ ἐτῶν τοῖς πιστεύσασι τῷ Χριστῷ.

Ὅτι τῷ ͵εφϛ′ τοῦ κόσμου ἔτει, τοῦ δὲ Αὐγούστου Καίσαρος C
μβ′, Ἡρώδου δὲ λβ′, ἑβδόμῳ μηνὶ καθ᾽ Ἑβραίους δεκάτῳ, ἤτοι Σεπτεμβρίου κγ′, Ζαχαρίας θυμιῶν εἰς τὸ ἁγίασμα κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ εἶδε τὸν ἀρχάγγελον Γαβριὴλ τὴν τοῦ μεγάλου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου σύλληψιν εὐαγγελιζόμενον αὐτῷ.

urbe fore iudicium ait, id urbis ac templi excidium denotat. potest etiam de Christo intelligi: cum enim is ad salutem populo suo reparandam venisset, hic quod eum iniuriose ac per contumeliam habuisset, una cum ipsa urbe et sacerdotium et sanctitatem amisit. iam quod ad summam 70 septimanarum una adhuc requiritur, eius dimidium intelligi debet impensum evangelii publicationi. nam unigenitus dei filius cum annos 3 s a patre sibi demandatum negotium gessisset, in caelum receptus est. inde cum spiritu sancto discipulos suos implevisset, 3 s annos eos Hierosolymis detinuit, cum ut eos ad maximum certamen convertendarum ad deum nationum praepararet, tum ut de Iudaeis eos qui erant vitae destinati, interim fide imbueret atque ab umbris et exemplis veteris testamenti ad veritatem evangelii et repraesentationem novi testamenti adduceret. itaque etiam oraculum ita habet "et una septimana testamentum multis confirmabit," nimirum iis qui Christo credent spatio istius septennii.

Anno mundi 5506, anno regni Augusti 48, Herodis 32, mense Ebraeorum septimo, qui est September, Zacharias cum in sacrario adoleret secundum ordinem suae classis, principem angelorum Gabrielem vidit sibi partum magni praecursoris ac baptistae Ioannis annuntiantem.

Ὅτι Ἰωακεὶμ ἔτει π' τελευτᾷ, ἡ δὲ Ἄννα οθ'. ἡ θεοτόκος δὲ ὑπ' αὐτῶν τριετίζουσα εἰσήχθη εἰς τὸν ναὸν κυρίου, ἕνδεκα δὲ γενομένη ἐτῶν ἀπωρφανίσθη. οὐδ' ὅλως δὲ ἐξῄει τοῦ ναοῦ, ἀλλ' εἰ καὶ χρείαν εἶχέ τινος, εἰς μόνην ἀπῄει τὴν Ἐλισαβὲτ ὡς συγγενίδα καὶ πλησίον τοῦ ναοῦ οἰκοῦσαν. τὰ μέντοι Ἑβραϊκὰ γράμματα ἔτι ζῶντος τοῦ Ἰωακεὶμ ἔμαθεν. ἀφωρισμένος δὲ ἦν τόπος
D ἐν τῷ ναῷ πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου ἔνθα μόναι ἵσταντο αἱ παρθένοι· καὶ αἱ μὲν ἄλλαι μετὰ τὴν ἀπόλυσιν ἀπῄεσαν πρὸς τοὺς ἰδίους, ἡ δὲ παρθένος προσεκαρτέρει τῷ ναῷ ὑπ' ἀγγέλου τρεφομένη. ἦν δὲ τῇ ἡλικίᾳ μέσῃ, σιτόχρους, ξανθόθριξ, ξανθόμματος, εὐόφθαλμος, μεγαλόφρυς, μεσόρριν, μακρόχειρ, μακροδάκτυλος, ἱμάτια αὐτόχροια ἀγαπῶσα. ἡνίκα δὲ γέγονεν ἐτῶν δώδεκα, ἐν μεσονυκτίῳ προσευχομένη ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῇ θεόθεν "τέξῃ τὸν υἱόν μου." οὐδενὶ δὲ τοῦτο ἀπήγγειλεν,
P 186 ἕως ὁ Χριστὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη. γενομένης δὲ αὐτῆς ἐτῶν ιδ', καὶ δοκούντων τῶν Ἰουδαίων ὅτι μέλλει γενέσθαι αὐτῇ ἡ συνήθεια τῆς γυναικείας ἀσθενείας, λοιπὸν οὐ συνεχωρεῖτο εἶναι ἐν τῷ ναῷ. ἔστησαν δὲ οἱ ἱερεῖς εἰς προσευχὰς περὶ αὐτῆς· καὶ Ζαχαρίας ὁ ἀρχιερεὺς ὁ τοῦ βαπτιστοῦ πατὴρ ἔλαβε δώδεκα ῥάβδους γερόντων συγγενῶν αὐτῆς, καὶ ἔθηκεν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ λέγων "δεῖξον, κύριε, τίνος ἔσται ἡ παρθένος." καὶ ἐβλάστησεν ἡ τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος ῥάβδος, καὶ ἡρμόσαντο τούτῳ αὐτήν, ὄντι ἐτῶν π'. καὶ κατήγαγεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ διῆγε

Ioachimus octogenarius decessit, Anna annos nata undeoctoginta vitam finiit. ab iis in templum deducta dei genitrix anno aetatis suae tertio, undecim annos nata parentes amisit. neque vero unquam templo excedebat, sed si qua re opus haberet, ad solam Elisabetam ibat, cognatam et templo vicinam. literas Ebraicas superstite etiamnum Ioachimo didicit. erat in templo secretus locus arae vicinus, ubi solae virgines stare solebant. ac reliquae sane populo dimisso domum suam redibant, Maria autem in templo permanebat atque ab angelo nutriebatur. erat statura mediocri, subfusca, fulvo crine, oculis fulvis ac mediocribus, magno supercilio, naso mediocri, manibus ac digitis longis, vestes amplexabatur nullo colore tinctas. anno aetatis suae 12, media nocte cum precaretur, divinitus editam ad se vocem audivit "paries filium meum." neque hoc ex ea quisquam rescivit ante Christi in caelos adscensum. cum annum 14 attigisset, Iudaei eam usitata mulierum imbecillitate laboraturam rati in templo eam deinde morari non sunt passi. porro sacerdotes eius causa deum precati sunt. ibi Zacharias pontifex maximus, baptistae pater, duodecim senum cognatorum Mariae ferulas accepit inque ara posuit, dicens "ostende, domine, cui virgo haec debeat copulari." floruit autem virga Iosephi fabri, atque huic octogenario in matrimonium tradita est, isque eam domum secum abduxit. Maria in mariti domo ieiunans ac progressu in publicum abstinens cum duabus

νηστεύουσα καὶ ἀπρόϊτος σὺν ταῖς δυσὶ θυγατράσιν αὐτοῦ. καὶ
μετὰ μῆνας ἓξ ὤφθη αὐτῇ ὁ ἀρχάγγελος Γαβριήλ, εὐαγγελιζόμε- B
νος τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν. οὐδενὶ δὲ ἀπήγγειλεν, ἕως οὗ ἔτε-
κεν. ἐγένετο δὲ ταῦτα τῷ πρώτῳ μηνὶ ἤγουν Μαρτίῳ, τῇ κε',
τῇ α' τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ καὶ α' τῆς σελήνης· αὐτὸς γάρ ἐστι
καὶ ἕκτος μὴν τῆς συλλήψεως Ἰωάννου. ἡ δὲ θεοτόκος, ἡνίκα
ἀπεχώρησεν ὁ ἀρχάγγελος, ἦλθεν εἰς τὴν ὀρεινὴν ἤτοι τὴν Βηθ-
λεέμ (ὑψηλότερος γὰρ τῆς Ναζαρὲτ οὗτος ὁ τόπος) καὶ ἠσπάσατο
τὴν Ἐλισαβέτ, ἐξαδέλφην αὐτῆς οὖσαν, καὶ ἐγνώρισεν αὐτῇ τὴν
ὀπτασίαν τοῦ ἀγγέλου, καὶ ὅτι ἄρρεν ἔσχε, καὶ ὅτι Ζαχαρίας
ὀπτασίαν ἑώρακεν· οὐ γὰρ ἐγίνωσκεν Ἐλισαβὲτ τοῦ Ζαχαρίου σι- C
γήσαντος. καὶ μετὰ μῆνας τρεῖς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.
Ἰωσὴφ τοίνυν ἀπὸ τῆς ἀποδημίας ἐπανελθών, καὶ εὑρὼν τὴν παρ-
θένον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν, καὶ θορυβηθεὶς ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπο-
λῦσαι αὐτήν· ἀλλὰ τῇ ὀπτασίᾳ τοῦ ἀγγέλου θαρρήσας κατέσχεν
αὐτήν. εἶτα διαβαλλομένων αὐτὸν καὶ πικρῶς λοιδορουμένων τῶν
ὁμορούντων, ὡς οὐκ ἐπὶ γάμῳ ἀλλ' ἐπὶ φυλακῇ τὴν παρθένον ἐκ
τοῦ ἱεροῦ λαβόντα καὶ κλεψιγαμήσαντα, τὸ ὕδωρ τῆς ἐλέγξεως
ἀμφότεροι πίνουσι καὶ εἰς τὴν ὀρεινὴν πέμπονται. μετὰ ταῦτα ὡς
εἶδον αὐτοὺς ὑποστρέψαντας καὶ μηδὲν παθόντας πονηρόν, ἀπέλυ- D
σαν αὐτούς. τῆς ἀπογραφῆς δὲ γενομένης ἀνήχθη σὺν τῷ Ἰωσὴφ
εἰς τὴν Ἰουδαίαν· μὴ φθάσαντες δὲ κατέλυσαν εἰς προάστειον τῆς
Βηθλεέμ, ὃ ἦν κτῆμα Σαλώμης τῆς μαίας, τῆς ἐξαδέλφης τῆς
θεοτόκου. κἀκεῖσε ἔτεκε τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ

**Iosephi filiabus vixit. elapsis autem sex mensibus princeps angelorum Gabrielus ei apparuit, laetumque de salute mundi nuntium attulit. id ea, donec peperisset, occultum habuit. res acta est primi, qui est Martius, mensis die 25, prima et septimanae et lunae die. is mensis sextus fuit concepti Ioannis. Maria digresso archangelo in montanam, nimirum Bethlehemam, profecta (nam ea urbs editiori quam Nazareta loco sita est) Elisabetam consobrinam invisit; eique angeli apparitionem, quodque masculum concepisset, itemque de visione Zachariae exposuit, quam voce Zachariae interclusa ea ignorabat: et exactis tribus mensibus in Galilaeam rediit. at Iosephus cum peregre domum reversus virginem uterum ferre deprehendisset, perturbatus eam clam deserere statuit. sed angeli apparitione confirmatus eam retinuit. deinde cum finitimi calumniarentur acerbeque obtrectarent, eum virginem non ad nuptias sed custodiae causa templo abduxisse, itaque eam matrimonio subtraxisse, uterque aquam experimenti biberunt et in montana missi sunt; unde cum eos incolumes nihilque mali passos accusatores viderent, crimine absolverunt. porro cum census iam ageretur, Iosephus cum Maria in Iudaeam abiit; angustiaque temporis praeventi diverterunt in suburbium Bethlehemae, quod possidebat Salome obstetrix, Mariae consobrina. ibi ex Maria natus Emmanuelus, octavo die circumcisus, post**

*περιέτεμε τὸ παιδίον. καὶ μετὰ μ' ἡμέρας ἀνήγαγεν αὐτὸ*
*εἰς Ἱεροσόλυμα παραστῆσαι τῷ κυρίῳ κατὰ τὸν νόμον, καὶ ὑπε-*
*δέχθη παρὰ τοῦ δικαίου Συμεών. οὗτος γὰρ ὁ θεοδόχος Συμεὼν*
*Ἰουδαῖος ὢν εἷς ὑπῆρχε τῶν ο' τῶν καὶ Ἑβραϊκῶς συντεθειμένην*
*τὴν παλαιὰν θείαν γραφὴν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταβαλόντων*
P 187 *ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ φιλαδέλφου βασιλέως Αἰγύπτου, πρὸ χρόνου*
*τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὡς ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑξαημέρῳ*
*λέγει. ὃς ἐντυχὼν τῷ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου ῥητῷ τῷ λέγοντι*
*"ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι*
*τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ" διηπίστησε τούτῳ, ἀδύνατον εἶναι*
*λέγων, ὅσον ἐπ' ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὸ παρθένον τεκεῖν. οὕτως*
*οὖν ἔχων ἀποκαλύψεως ἔτυχε θείας, ἕως τότε τῷ βίῳ περιεῖναι*
*ἕως ἂν τελεσθῇ τὸ θεῖον τοῦ προφήτου ῥητόν· ὃ δὴ καὶ τὸ θεῖον*
*ἡμᾶς διδάσκει σαφῶς εὐαγγέλιον, λέγον "πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐ-*
*τῷ, καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου*
*μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἴδῃ τὸν χριστὸν κυρίου." ἰδὼν τοίνυν αὐ-*
B *τὸν ἐν τῷ ἱερῷ βρέφος τεσσαρακονθήμερον, καὶ δεξάμενος αὐτὸν*
*εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ, καὶ εἰπὼν "νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου,*
*δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ" πρὸς αὐτὸν ἐξεδήμησε*
*χαίρων. εἶτα ἐχρηματίσθη Ἰωσὴφ φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον.*

*Μετὰ δὲ δύο ἔτη ἐποίησε τὴν βρεφοκτονίαν Ἡρώδης, καὶ τὸν Ζαχαρίαν ἔσωθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεῖλε λειτουργοῦντα. ἡ δὲ Ἐλισαβὲτ λαβοῦσα τὸν Ἰωάννην ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐκρύβη ἐν σπηλαίῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ*

**quadraginta dies Hierosolymam adductus est, ut domino secundum legem sisteretur; acceptusque est a iusto Symeone. is dei receptor Symeon Iudaeus unus erat de 70 illis interpretibus, qui Ptolemaeo Philadelpho Aegypti regi Ebraicum vetus testamentum in Graecum transtulerant sermonem ante Christi adventum, sicut D. Chrysostomus in suo de sex diebus opere tradit. atque hic Symeon cum Esaiae vaticinium legisset, virginem gravidam fore partuque filium Emmanuelum nomine editurum, fidem dicto prorsus derogavit, quod humana natura omnino virginem parere non admitteret. sic ei animato divinitus patefactum est victurum eo usque dum vatis oraculum impleretur. id nos sacrum etiam docet evangelium his verbis (Luc. 2) "erat spiritu sancto praeditus, ab eoque oraculum acceperat, se non ante moriturum quam unctum domini vidisset." eum ergo in templo videns puerulum quadraginta dierum, in ulnas accepit, fatusque "nunc, domine, servum tuum dimitte in pace secundum verbum tuum" laetus ad eum hinc emigravit. deinde Iosephus divinitus est in Aegyptum fugere iussus.**

**Post biennium Herodes puerulos necavit, Zachariamque sacris operantem intra altare interfecit. at Elisabeta assumpto Ioanne in solitudinem exiit, inque spelunca dies quadraginta cum delituisset, diem suum**

Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἐν αὐτῇ ἀνατραφεὶς ἔμεινεν ἕως τῆς τοῦ κυρίου ἀναδείξεως.

Μετὰ δὲ πενταετῆ χρόνον ὑπέστρεψεν Ἰωσὴφ εἰς Ναζαρὲτ C
ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἔλαβε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Μαρίαν Κλεόπας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησε τὸν Συμεών, ὃς μετὰ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου ἐπίσκοπος γέγονεν Ἱεροσολύμων καὶ ἐπὶ Δομετιανοῦ μαρτυρήσας ἐσταυρώθη. Ἰούδας δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐγέννησε δύο υἱούς, Ζωκτῆρα καὶ Ἰάκωβον.

Ἦν δὲ Ἰωάννης λα΄ χρόνου, ὅτε ἐξῆλθε τῆς ἐρήμου. καὶ κηρύσσοντι ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοί, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἀνδρέας καὶ Ἰωάννης. καὶ τῶν μὲν λεγόντων ὅτι ὁ Χριστός ἐστι τῶν δὲ ὅτι προφήτης, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἦλθον πολλοὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἐν χώρᾳ Βηθαβαρᾶ, καὶ ἐβαπτίζοντο. ἐλθόντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ, D
ὡς εἶδεν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, εἶπεν "ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ." καὶ ἀκούσας Ἀνδρέας καὶ Ἰωάννης ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ. μετὰ δὲ τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν εἰς Ναζαρὲτ ἐτελεύτησεν Ἰωσὴφ ἐτῶν ρι΄. τελευτήσαντος δὲ καὶ Ζεβεδαίου ἤγαγεν Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος τὴν μητέρα αὐτῶν, καὶ συνῆν τῇ θεοτόκῳ· τὴν δὲ κτῆσιν αὐτῶν πωλήσαντες Καϊάφᾳ ἠγόρασαν τὴν Σιών, ἔνθα τὸ μυστικὸν πάσχα ὁ Χριστὸς ἐποίησε καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε. μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ἡ θεοτόκος ἐν Σιὼν διέτριβεν ἕως τῆς τελευτῆς αὐτῆς. πρὸ δὲ ἡμερῶν ιε΄ ἔγνω τὴν ἔξοδον αὐτῆς. πρὸ δὲ P 188

obiit. Ioannes in solitudine ab angelo institutus atque enutritus ibi mansit donec Christus in publicum prodiit.

Post quinquennium Iosephus ex Aegypto Nazaretam revertit. eius filiam Mariam Cleophas, frater Iosephi ex utroque parente, duxit uxorem, ex eaque Symeonem sustulit, qui post Iacobum domini fratrem episcopus fuit Hierosolymis, ac Domitiano imperante in crucem actus divinae veritati suo supplicio testimonium perhibuit. Iudas autem frater eius duos genuit filios, Zocterem et Iacobum.

Annum agens Ioannes 31 solitudine egressus est, eumque concionantem multi secuti sunt; quorum erant etiam Andreas ac Ioannes. alii autem eum Christum, alii vatem putabant. die quadam multi Bethabaram, qui est trans Iordanem locus, venerunt ac baptizati sunt. eo cum Iesus advenisset, videns eum baptista dixit "en agnus dei." quo audito Andreas et Ioannes Iesum secuti sunt. eo Nazaretam reverso Iosephus moritur, annos natus 110. cum autem Zebedaeus quoque mortuus esset, adduxerunt Ioannes et Iacobus matrem suam, eaque cum Maria habitavit. bonis porro suis Caiaphae venditis Sionem emerunt. is est locus ubi mysticum pascha Christus celebravit et foribus clausis ingressus est; ibique Christo in caelum assumpto Maria usque ad finem vitae

τριῶν ἡμερῶν ὁ ἀρχάγγελος παρεγένετο πρὸς αὐτήν, τὸ βραβεῖον κομίζων. παρέδωκε δὲ τὴν ἁγίαν αὐτῆς ψυχὴν τῷ κυρίῳ καὶ υἱῷ τῷ θεῷ αὐτῆς ἐτῶν οὖσα οβ΄, οἱ δέ φασι νη΄, ὥστε μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ εἰκοσιτέσσαρας χρόνους ἐπεβίωσεν.

Ὅτι ἐν τῷ ια΄ ἔτει Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ὁ ἀρχιερεὺς Ἄνανος ἐτελεύτησε· μεθ' ὃν ἐνιαυσιαῖοι ἀρχιερεῖς καθίστανται, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. καὶ τὰ θεῖα εὐαγγέλια αὐτῷ μαρτυρεῖ ἀληθεύοντι ἐν οἷς περὶ τοῦ Καϊάφα λέγει. τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ B εἶπεν, ἀλλ' ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου προεφήτευσεν.

Ὅτι τῆς παραδόξου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῖς πλείστοις ἤδη περιβοήτου καθεστώσης, Πιλᾶτος ἀγωνιάσας ὡς μὴ ἀνενέγκας τῷ βασιλεῖ τοιαῦτα γενόμενα θαύματα, τέλος ἀναγκασθείς, ὡς μὴ λάθῃ, ἀνεκοινώσατο τῷ βασιλεῖ Τιβερίῳ τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τάς τε ἄλλας τερατουργίας αὐτοῦ, καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς θεὸς ἤδη παρὰ πολλοῖς εἶναι πιστεύεται. Τιβέριος οὖν, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον εἰσελήλυθεν, μαθὼν τῇ συγκλήτῳ C ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκεῖνος ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκοιτο. ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ὅτι μηδὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικρίσεώς τε καὶ συστάσεως ἡ σωτήριος τοῦ θείου κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλία. ταῦτά φησι Τερτυ-

18 εἰσεληλυθέναι P

egit. ea quindecim ante diebus suum exitum cognovit. triduoque ante archangelus ad eam venit, praemium portans. tradidit sanctam suam animam domino ac filio et deo suo, annos nata septuaginta duos. quidam tradunt quinquaginta octo. vixit ergo viginti quattuor annos post Christi in caelos ascensum.

Undecimo anno Herodis tetrarchae summus pontifex Ananus moritur. post hunc annua fuit ea dignitas, quod et Iosephus refert; et eum vere dicere sacra evangelia testantur, ita de Caiapha loquentia (Ioan. 12) "id vero non de suo dicebat, sed quia erat pontifex maximus anni istius, vaticinabatur."

Cum admirabilis in vitam reditus atque in caelos ascensio servatoris nostri fama iam longe lateque increbuisset, Pilatus animi anxius, quod de his quae evenerant miraculis nihil ad imperatorem rettulisset, tandem necessitate adactus Tiberio Caesari perscripsit Christum mortuum vitam recepisse, tum quae is miracula ediderat, utque de morte in vitam reversus iam a multis deus esse credatur. ac Tiberius quidem nomen Christianorum per orbem iam propagatum sentiens de ea re ad senatum rettulit, neque obscure tulit sibi religionem Christianam probari. senatus autem, quod eam improbaret, ipse quoque repudiavit. vera causa eius rei est, quod divinum salutis praeconium humanam approbationem atque commendationem nequaquam requirit. haec Tertul-

λιανός. οὗτος ὁ Τιβέριος θάνατον ἠπείλησε τοῖς Χριστιανῶν κατηγόροις.

Ὅτι ἐν τῷ ιθ' ἔτει Τιβερίου Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς ἀφαιρεῖται τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοῦ νέου Ἡρώδου καὶ Κλεοπάτρας διὰ Ἡρωδιάδα, καθὼς ἱστορεῖ Ἰώσηππος ἐν τῷ ιη' τῆς ἀρχαιολογίας. ἔνθα καὶ πόλεμος αἴρεται πρὸς τὸν Ἀρέταν, ὡς ἀτιμασθείσης αὐτῷ τῆς θυγατρός· ἐν ᾧ πολέμῳ πάντα φησὶ τὸν Ἡρώδου στρατὸν D διαφθαρῆναι διὰ τὸν Ἰωάννου θάνατον.

Ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προήει ἔτους ιθ' τῆς Τιβερίου βασιλείας. καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα ταῦτα κατὰ λέξιν. ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο ὡς καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ τῆς Νικαίας κατεστρέψατο. ταῦτα Φλέγων φησί. καὶ Ἀφρικανὸς δὲ ἱστορεῖ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν P 189 τοῦ πάθους σκότος καθ' ὅλου τοῦ κόσμου φοβερώτατον γενέσθαι. σεισμῷ τε αἱ πέτραι διερρήγνυντο, καὶ πολλὰ τῆς γῆς κατερρίφη. τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου οἱ Ἰουδαῖοι καλοῦσιν, ἀλόγως, ὡς ἐμοὶ καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ· Ἑβραῖοι γὰρ ἄγουσι τὸ πάσχα κατὰ σελήνην, πρὸ δὲ τῆς μιᾶς τοῦ πάσχα τὰ περὶ τὸν σωτῆρα συνέβη, ἔκλειψις δὲ ἡλίου τῆς σελήνης αὐτὸν ὑπελθούσης γίνεται, ἀδύνατον δὲ ἐν ἄλλῳ χρόνῳ πλὴν ἐν τῷ μεταξὺ νουμηνίας καὶ τῆς

lianus refert. idem Tiberius mortem Christianorum accusatoribus minatus est.

Anno Tiberii undevigesimo Ioannes baptista capite truncatur a iuniore Herode et Cleopatra propter Herodiadem, ut Iosephus scribit libro Antiquitatum decimo octavo. tunc quoque bellum suscipitur contra Aretam, qui filiam suam ab Herode contumeliose habitam querebatur. eo in bello ait propter Ioannis necem Herodis exercitum universum periisse.

Anno Tiberii regni undevigesimo dominus noster Iesus Christus supplicium adiit, sicuti de eo vates praedixerant. quo tempore haec in Graecis commentariis annotata ipsis verbis referemus. "solis exstitit defectus, omnibus prioribus maior; noxque diei sexta hora oborta est, ita ut et stellae in caelo conspectae sint." terrae motus quoque ingens in Bithynia fuit, qui magnam Nicaeae partem prostravit. haec Phlegon. Africanus etiam narrat, quo die Christus est supplicio affectus, tenebras admodum terribiles per totum mundum obortas, terrae motu saxa dirupta, multumque terrae prostratum. eas tenebras Iudaei solis defectum appellant, absurde id quidem meo iudicio et repugnante veritate. nam secundum lunae motum Ebraei pascha instituunt. pridie autem paschatis Christus in cruce supplicium passus est. iam solis defectus non fit nisi cum eum luna subit; neque

πρὸ αὐτῆς κατὰ τὴν σύνοδον αὐτὴν ἀποβῆναι· πῶς οὖν ἔκλειψις
B νομισθείη κατὰ διάμετρον σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς σελήνης ἡλίῳ; ἔστω δὲ συναρμόζον πολλοῖς τὸ γεγενημένον, καὶ κοσμικὸν τέρας ἡλίου ἔκλειψις ὑπονοείσθω ἔκ γε τῆς κατὰ τὴν ὄψιν πλάνης. τίς δὲ ἡ κοινωνία σεισμῷ καὶ ἐκλείψει πέτραις τε ῥηγνυμέναις καὶ ἀναστάσει νεκρῶν, τοσαύτη τε κίνησις κοσμική; ἐν γοῦν τῷ μακρῷ χρόνῳ τοιοῦτόν τι συμβὰν οὐ μέμνηταί τις. ἀλλ' ἦν σκότος θεοποίητον, διότι τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τὸν κύριον συνέβη παθεῖν. καὶ ὁ λόγος ἀληθέστατος, καὶ ὁ χρόνος τοῦ σωτηρίου πάθους παρὰ Ῥωμαίοις μᾶλλον σεσημείωται· ἐν γὰρ τῇ Γεμίνου ὑπατείᾳ πεπονθέναι αὐτὸν ἐσημειώσαντο, ἥτις γέγονεν ἐν τῷ α' τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος. τεκμήριον δ' ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τόδε τὸ ἔτος πεπονθέ-
C ναι τὸν σωτῆρα ἡμῶν ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου μαρτυρία, ἥτις μετὰ τὸ ιε' ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγενέσθαι μαρτυρεῖ.

Ὅτι ἐν τῷ λγ' ἔτει Ἡρώδου Κυρήνιος ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀπεσταλμένος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν οἰκητόρων. ἐν τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας γεννᾶται.

Ὁμοῦ συνάγεται ἀπὸ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν ἔτη βρε'.

Ὅτι Ἡρώδης ὕδρωπι δεινῷ πιεσθεὶς σκώληκάς τε ἐκβράσας

6 κινήσει κοσμικῇ scribe. margo P

potest nisi in novilunio, cum luminaria coeunt, aut proxime, evenire. quomodo igitur istae tenebrae defectus solis fuerint, cum eo tempore luna pene e regione soli opposita fuerit? sed esto tamen id quod multis probatum fuit; erroremque visus secuti tenebras toti mundo iniectas defectum solis putemus. quid interim rei est defectui solis cum terrae motu, saxorum fissione, mortuorum in vitam reditu, ac tanta mundi commotione? certe nemo quisquam tale aliquid tanto temporis decursu evenisse commemoravit. enimvero tenebrae erant a deo creatae, quod ea die dominus moreretur. haec est verissima ratio. exactius etiam tempus salutaris istius supplicii a Romanis est annotatum, evenisse nimirum Gemino consule. fuit hoc primo anno Olympiadis ducentesimae secundae. atque argumento ei rei est etiam testimonium evangelii a Ioanne conscripti, quod scriptum post decimum quintum Tiberii annum docendo triennium consumpsisse perhibet.

Anno Herodis trigesimo tertio Cyrenius a senatu in Iudaeam missus incolas et facultates censuit. eodem anno Christus Bethlehemae nascitur, urbe Iudaeae.

Ab Abrahamo usque ad Christi natales anni sunt 2105.

Herodes hydrope vehementi excruciatus, vermibus de corpore ipsius

ἀπὸ τοῦ σώματος καταστρέφει τὸν βίον. Αὔγουστος δὲ μετὰ θάνατον Ἡρώδου Ἀρχέλαον μὲν τὸν υἱὸν Ἡρώδου Ἰουδαίων D
ἐθνάρχην κατέστησε, δοὺς αὐτῷ τὰ περὶ Ἱεροσόλυμα ὅρια καὶ Σαμαρέων τὸ ἔθνος καὶ Σεβαστὴν καὶ Καισάρειαν καὶ Ἰόππην καὶ Ἀντιπατρίδα καὶ Λύδαν καὶ τὸ πεδίον, Φιλίππῳ δὲ τὰ περὶ τὴν νῦν Πανεάδα καὶ Βαταναίαν καὶ Τράχωνα καὶ τὴν Ἀκραβατίνην καὶ Γαυλανῖτιν καὶ Γάλαθα, ἔνθα ἦν Γαμάλα πόλις, Ἡρώδῃ δὲ τὴν Γαλιλαίαν καὶ τὸ ὑπὸ τὴν Πάρναν πεδίον καὶ Νάρβαθον καὶ τὴν Περαίαν. οὗτος ἔκτισε Τιβεριάδα. τῷ δὲ Λυσανίᾳ τὴν Ἰδουμαίαν καὶ Ζιφηνὴν καὶ τὰ ταύτης χωρία καὶ Ἀβιληνήν.

Γίνονται οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη δισχίλια P 190
σμβ', καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τοῦ Φάλεκ καὶ τῆς πυργοποιίας ἔτη φλη', καὶ ἀπὸ τοῦ Φάλεκ καὶ τῆς πυργοποιίας ἕως ἦλθεν Ἀβραὰμ εἰς γῆν Χαναὰν ἔτη χιϛ', καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἔτη φκϛ', καὶ ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἰησοῦ ἕως παρέλαβε Δαβὶδ τὴν βασιλείαν τῆς Ἰουδαίας ἔτη υπ', καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως Σεδεκίου υἱοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς ἐκ Βαβυλῶνος μετοικεσίας ἔτη υμη', καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας ἕως Ζοροβάβελ, ἐπὶ πρώτου ἔτους Κύρου βασιλέως Περσῶν, ἔτη ο', καὶ ἀπὸ τοῦ α' ἔτους Κύρου ἕως Αὐγούστου Καίσαρος, ἐν ᾧ χρόνῳ ἐγεννήθη ὁ B
κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστός, ἔτη φϟβ'. ὁμοῦ ἔτη ͵εφϛ'.

Μετὰ δὲ Αὔγουστον ἐβασίλευσε Τιβέριος ἔτη κγ', ὃς ἔκτισε πόλιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ Τιβεριάδα. καὶ ἐν μὲν τῷ ιε' ἔτει τῆς αὐτοῦ

19 α'] μα' P

scaturientibus, vitam cum morte commutavit. eius filium Archelaum Augustus Iudaeae genti praeposuit; eique attribuit montana circum Hierosolyma, Samaritanam gentem, Sebastam Caesaream Ioppen Antipatridem Lydam et campestria. Philippo loca Paneadi nunc vocatae finitima, Bataneam Trachonem Acrabatinam Gaulonitidem ac Galatha, ubi erat urbs Gamala. Herodi Galilaeam et planitiem Parnae subiectam, Narbathum, Peraeam. is Tiberiadem condidit. Lysaniae Idumaeam Ziphenen et quae eius sunt dicionis, atque Abilenam.

Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni omnino 2242, inde usque ad Phalecum et turris aedificationem anni 538, hinc usque ad Abrahami in Chananaicam terram adventum 616, ab hoc usque ad mortem Iosuae Navis filii 526, porro usque ad tempus quo Iudaicum regnum Davidus occepit, anni 480, hinc usque ad Sedechiam Iechoniae filium et exsilium Babylonicum anni 448, inde usque ad Zorobabelem ac primum annum Cyri in Persas regni anni 70, denique a primo anno Cyri usque ad annum Augusti, quo Christus natus fuit, anni 592. summa anni 5506.

Post Augustum Tiberius regnum tenuit annos 23. is in Iudaea urbem Tiberiadem condidit. eius regni anno 15 baptizatus est Christus

βασιλείας ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐβαπτίσθη καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἀπήρξατο, ἐν δὲ τῷ ιη' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐσταυρώθη ὁ κύριος. ἀνίσταται δὲ τῇ κε' Μαρτίου ἐπιφωσκούσῃ κυριακῇ, ἥτις ἐστὶ μία καὶ πρώτη, ἡ αὐτὴ καὶ πάσχα κυριακόν· ἐν ταύτῃ γὰρ ὁ θεὸς τὸ φῶς ἐδημιούργησε καὶ ἐν ταύτῃ
C τὸ ἀληθινὸν φῶς ὁ Χριστὸς ἐκ τάφου ἀνέτειλεν. ὃς καὶ ἐπεσκηάγισε τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν, μέσον τῆς ἑβδομάδος τῶν χρόνων ἐλθὼν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος. φησὶ γάρ "καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα ἐρημώσεως συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἐν γὰρ ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι διαθήκη δέδοται καινὴ τοῖς πιστεύουσι, καὶ δυνάμεως ἁπάσης αὐτοὺς ἐπλήρωσεν, ἐπείπερ μεσούσης τῆς ἑβδομάδος ταύτης ἡ κατὰ νόμον ἤρθη θυσία, τῆς τε ἀληθινῆς προσφερομένης θυσίας. σημεῖα δὲ τῆς ἐρημώσεως προὔπέφηνε λέγων ὁ κύριος "ὅταν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ προφήτου, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς." καὶ ἵνα μὴ νομίσωσι οἱ Ἰουδαῖοι πάλιν ἀπολήψεσθαι τὸν ναὸν καὶ
D τὴν πόλιν, ἐπάγει "καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἕως γάρ, φησί, τῆς τοῦ κόσμου συντελείας ἡ τῆς ἐρημώσεως συντέλεια μένει, μεταβολὴν οὐ δεχομένη. τοῦτο καὶ Δαβὶδ ἔφη "ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· καὶ γνώσονται ὅτι δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς." καὶ τότε μᾶλλον γνώσονται, ὅταν ἴδωσι τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ. ὥσπερ γὰρ διὰ ξύλου εἰσῆλθεν ὁ θάνα-

10 ἑβδομάδι add Xylander

et praedicare evangelium coepit. anno eius 18 eius regni cruci affixus est. vigesima quinta Martii die de mortuis exstitit vivus, illucescente die dominica, quae est a sabbatho proxima, ac prima septimanae dies, diesque paschatis dominici. ea die principio deus lucem creaverat, tunc autem vera lux de sepulcro orta est. ac confirmavit Christus vaticinium Danieli, mediante annorum septimana supplicium subiens, ita dicentis "in templo erit abominabile vastitatis signum, eique vastitati explendae tempus dabitur" etc. in hac enim septimana novum credentibus testamentum est datum, iique omni facultate impleti, cum mediante illa septimana legis Mosaicae sublatum est sacrificium, vera victima deo mactata. ipse autem dominus signa futurae vastitatis praedixit: "cum" inquit (Matth. 24. Luc. 21) "abominabile vastitatis signum videbitis, de quo Danielus vates praedixit, tunc intelligite imminere vastitatem eius." ac ne putarent Iudaei se templum atque urbem recuperaturos, additur in vaticinio vastitatis eius finem ante finem saeculi non futurum, ut intelligerent in fine demum mundi finem ei vastitati futurum, nullam aliam eius mutationem. idem et Davidus praedixerat his verbis (Psalm. 58) "in ira consummationis, et non erunt; cognoscentque quod deus Iacobo dominatur et finibus terrae." idque tunc eo magis intelligent, cum videbunt signum filii hominis in caelo.

τος, καὶ διὰ ξύλου ἡ ζωή, ἐπειδὴ ἑπτάκις νεκρῶν ἀνάστασιν εὕρομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, καὶ μετὰ τοὺς ἑπτὰ ὄγδοος ἐκ νεκρῶν ἀνέστη ὁ κύριος ὁ ἐγείρας τοὺς ἑπτά. πρὸ γὰρ τῆς Χριστοῦ ἀνα- P 191 στάσεως ἑπτὰ μόναι ἀναστάσεις νεκρῶν ἐγένοντο, πρώτη μὲν [ἡ] ἐν τῇ παλαιᾷ ἡ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας τῆς Σαραφθίας, ὃν ἤγειρεν Ἠλίας, δευτέρα ἡ τοῦ υἱοῦ τῆς Σωμανίτιδος, ὃν Ἐλισαῖος ἤγειρε, τρίτη ἡ τοῦ στρατιώτου ὃν ἐγγὺς Ἐλισαίου θάψαντες, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἐξεπήδησε, τετάρτη δὲ ἐν τῇ καινῇ ἡ τοῦ ἀρχισυναγωγοῦ τῆς θυγατρός, πέμπτη ἡ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας, ἕκτη ἡ τοῦ Λαζάρου, ἑβδόμη ὅτι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστη, καὶ ὀγδόη ἡ τοῦ κυρίου ἀνάστασις μετὰ τὸ σωτήριον πάθος. καθ' ὃν καιρὸν τοῦ πάθους γενομένου σεισμοῦ ἐν πολλοῖς εὑρέθη Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν ὅτι σεισμὸς ἐγένετο μέγας καὶ σκότος ἐφ' ὅλην B τὴν οἰκουμένην, ὥστε καὶ ἀστέρας φανῆναι. ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἰώσηπος χρησμόν τινα ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὑρεθῆναι, περιέχοντα ὡς κατὰ καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς αὐτῶν χώρας ἄρξει τις ἄνθρωπος τῆς οἰκουμένης πάσης, ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ ἐξείληφε πεπληρῶσθαι, διήμαρτε δὲ τῆς ἑρμηνείας ἐκ διαμέτρου· οὐ γὰρ πάσης οὗτος ἦρξε. λείπεται δὲ οὖν ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦτο πληροῦσθαι, πρὸς ὃν φησιν ὁ πατήρ "αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς." ὅθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν C

sicut enim per lignum mors, ita etiam vita per lignum intravit. nam septies in sacris literis legitur aliquem ex morte vitam recepisse. post eos septem octavus Christus de mortuo vivus exstitit, qui et septem illos in vitam revocaverat. ante enim quam Christus revixit, tantum septem numero mortales in vitam restituti fuerunt. primus in veteri testamento fuit Sareptanae viduae filius, ab Elia suscitatus, secundus Sunamitidis filius, quem Elisaeus in vitam reduxit, tertius miles qui prope Elisaei cadaver sepultus quasi ex igne exsiluit. quarta in novo testamento filia praefecti synagogae, quintus viduae filius, sextus Lazarus. septimo, quod multa sanctorum qui obdormiverant corpora resurrexerunt. octavus Christus post toleratum salutis causa nostrae supplicium ex morte in vitam rediit. inventum est in multis Graecorum commentariis, quo tempore Christus in cruce mortem obiit, terram motu fuisse ingenti concussam, tenebrasque toti terrarum orbi inductas fuisse, ita ut stellae etiam apparuerint. praeterea Iosephus narrat oraculum quoddam fuisse in sacris literis inventum, quo Iudaeis praediceretur eo tempore quendam ex ipsorum patria imperium totius orbis habiturum. hoc ille Vespasianum implevisse interpretans tota (quod aiunt) via a vero aberravit: neque enim Vespasiano totus mundus subditus fuit. reliquum ergo est id a domino nostro Iesu Christo impletum fuisse, quem ita affatur pater (Psalm. 2) "posce a me, dabo tibi gentes loco hereditatis, ac terminos terrae tibi mancipabo." inde factum ut sonus sanctorum eius

ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἐπεὶ οὖν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ θεὸς τὴν κτίσιν ἐδημιούργησε, καὶ μαρτυρεῖ τῶν δένδρων ἡ βλάστησις, διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἰσραὴλ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἠλευθέρωσε τῆς Αἰγυπτιακῆς δουλείας, καὶ τῇ παρθένῳ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος εὐηγγελίσατο. εἰκότως οὖν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Χριστὸς ὑπέμεινε τὸ σωτήριον πάθος.

Ὁ τοίνυν Πιλᾶτος μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ σταύρωσιν εἰκόνας
D τοῦ Καίσαρος εἰς τὸ ἱερὸν νύκτωρ ἀνέθηκεν. ὄρθρου δὲ γενομένου οἱ Ἰουδαῖοι θεασάμενοι τοσοῦτον ἐταράχθησαν ὥστε Πιλᾶτος ἐκδειματωθεὶς ἀλλαχοῦ ταύτας μετέθηκε. Τιβέριος δὲ λίαν τοῦ δικαίου φροντίζων ἔγραφε τοῖς ἄρχουσι τῶν πόλεων, ἐάν τι γράφῃ παρὰ τοὺς νόμους προστάσσων γίνεσθαι, μὴ προσέχειν ὡς ἠγνοηκότι. διὸ καὶ Πιλᾶτος εἰδὼς αὐτοῦ τὸ φιλάληθες καὶ φιλοδίκαιον, τὰ τεράστια Χριστοῦ πάντα καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα αὐτῷ δι' ἐπιτομῆς ἀνεκοινώσατο, καθὼς ἱστορεῖ Τερτυλλιανὸς ἐν τῇ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀπολογίᾳ, καὶ ὅτι μετὰ θάνατον ἀνεβίωσε καὶ ἤδη παρὰ πᾶσι θεὸς εἶναι πιστεύεται. καὶ ὅτι Τιβέριος καταπλαγεὶς
P 192 ἀνήγγειλε πάντα τῇ συγκλήτῳ. ἡ δὲ οὐ προσήκατο, πειθαρχεῖν νόμῳ παλαιῷ λέγουσα, μὴ πρότερον θεοποιῆσαί τινα, εἰ μὴ ψήφῳ καὶ δόγματι παρ' αὐτοῖς κριθείη. ὁ δὲ τὸν μὲν νόμον τοῦτον ἐδέξατο, ἐκέλευσε δὲ μηδένα ἐμποδίζειν τῷ Χριστοῦ κηρύγματι·

apostolorum in universam terram exiret, ac sermo eorum ad fines usque orbis pertingeret. quoniam ergo eo temporis articulo mundum fabricatus est deus, cui rei testimonium arbores tunc florentes exhibent, ideo eodem tempore Israelum quoque Aegyptiaca servitute liberavit, laetumque post nuntium Gabrielus angelorum princeps Mariae attulit. quare consentaneum erat eodem etiam tempore Christum nobis salutare supplicium luere.

Ceterum Pilatus Christo crucifixo, postea noctu in templum imagines Caesaris intulit; quod cum prima luce Iudaei vidissent, tantus eorum fuit motus ut Pilatus territus alio eas transtulerit. Tiberius porro iustitiae observantissimus praefectis urbium missis literis mandavit, ut si quid scribens ipse contra leges fieri iuberet, ne tum sibi obtemperarent quippe ignoratione lapso. itaque Pilatus, cui imperatoris studium veritatis et iustitiae cognitum erat, miracula Christi omnia eiusque de religione doctrinam compendio ad eum perscripsit, ut auctor est in defensione Christianorum Tertullianus. simulque indicavit eum morte obita revixisse et ab omnibus iam pro deo haberi. Tiberius attonitus eo nuntio totam rem ad senatum rettulit. senatus legi se antiquae obtemperare potius dixit, qui nisi ex S. C. non patiatur quemquam pro deo haberi. imperator ea lege approbata, edixit tamen ne quis praeconium

καὶ μέντοι καὶ θάνατον προσηπείλησε τοῖς κατηγορεῖν τολμῶσι τοῦ κηρύγματος.

Ὁ δέ γε Πιλᾶτος μίσει τῷ πρὸς Ἰουδαίους καὶ τὸν ἱερὸν θησαυρὸν τὸν καλούμενον κορβανᾶν διέφθειρε καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῶν. ἔμιξε δὲ καί τινων ἐξ αὐτῶν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Καίσαρος τὸ αἷμα τῶν θυσιῶν, τρόπῳ τοιῷδε. οἱ Γαλιλαῖοι τοῖς δόγμασιν ἐξακολουθήσαντες Ἰούδα τοῦ Γαλιλαίου, οὗ καὶ Λουκᾶς ἐν τοῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων μέμνηται, κενοφωνίαν καὶ πλάνην ἔμαθον B ἐξ αὐτοῦ, καθὼς ἔφη Ἰώσηπος. προφάσει γὰρ εὐσεβείας δῆθεν κύριον μηδὲ μέχρι στόματος ἔφασκε δεῖν τινὰ λέγειν, μήτε κατὰ τιμὴν μήτε φιλοφροσύνην, καὶ τὴν θεῷ μόνῳ πρέπουσαν τιμήν τε καὶ δόξαν ἀνθρώποις ἀπονέμειν. ὅθεν καὶ πολλοὶ αὐτῶν περὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν Καίσαρα κύριον καὶ δεσπότην χαλεπὰς αἰκίας ὑπέστησαν. οἵτινες λοιπὸν ἐδίδασκον μηδὲν παρὰ τὰς διατεταγμένας ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ θυσίας ἀναφέρεσθαι τῷ θεῷ. κἀντεῦθεν τοίνυν κωλύοντες τὰς ὑπὸ τῆς γερουσίας τοῦ λαοῦ παραδιδομένας γίνεσθαι περὶ τῆς τοῦ βασιλέως σωτηρίας καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἔθνους θυσίας, εἰκότως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτεῖ πρὸς Γαλιλαίους Πιλᾶτος, C καὶ κελεύει παρὰ ταῖς θυσίαις ἃς ἐδόκουν κατὰ νόμον προσφέρειν ἀναιρεθῆναι, ὥστε ἀναμιχθῆναι ταῖς προσφερομέναις θυσίαις τὸ αἷμα τῶν προσφερόντων.

Ὁ γοῦν Τιβέριος τοιοῦτος ὑπάρχων ἐν νεότητι ἄριστος καὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ ῥητορικοῖς καὶ βελτίστοις τρόποις καὶ ἔργοις

de Christo impediret, mortem etiam minans, si quis eam doctrinam accusare auderet.

D λῶνα πάλιν ἀπενεχθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια, καὶ ὑπ' Ἀντιόχου τοσαῦτα κακὰ παθόντες αὖθις πρὸς τὸ πρότερον ἐπανῆλθον ἀξίωμα, νῦν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον γεγένηται, ἀλλὰ πενταχοσίων ἐτῶν, νῦν δὲ χιλίων ἐξ ἐκείνου διελθόντων οὐδὲ αἴνιγμα τοιαύτης μεταβολῆς ὁρῶμεν φαινόμενον οἷον τὸ πρότερον. εἰ δὲ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν προβάλοιντο, καὶ εἴποιεν, ἐπεὶ ἡμάρτομεν τῷ θεῷ, διὰ τοῦτο οὐκ ἀπολαμβάνομεν τὴν οἰκείαν χώραν, πάλιν δ' ἂν εἰκότως αὐτοὺς ἐρήσομαι· διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὦ Ἰουδαῖοι, ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ διατρίβετε χρόνον τοσοῦτον; καὶ τί τὸ καινὸν καὶ
P 234 παράδοξον; μὴ γὰρ νῦν ἐν ἁμαρτίαις ζῆτε μόνον, παρὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κατορθώμασιν; οὐκ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς συνανετράφητε παρανομίαις; οὐχὶ τῆς θαλάσσης σχιζομένης καὶ τῶν πετρῶν ῥηγνυμένων καὶ τοσούτων θαυμάτων γινομένων περὶ τῆς ἐρήμου προσεκυνήσατε μόσχῳ; οὐ τὸν Μωϋσέα λίθοις βάλλοντες καὶ ἑτέροις μυρίοις τρόποις ἀνελεῖν ἐπεχειρήσατε πολλάκις, καὶ τὸν θεὸν παρωργίζετε βλασφημοῦντες; οὐ τῷ Βεελφεγὼρ ἐτελέσθητε; οὐ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν καὶ τὰς θυγατέρας ἐθύσατε τοῖς δαιμονίοις καὶ τοὺς ἀλλοτρίους θεοὺς ἐθεραπεύσατε; οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτίας καὶ κακίας ἐπεδείξασθε; πῶς οὖν ὑμᾶς
B οὐκ ἀπεστράφη τότε ὁ θεός, ἀλλὰ μετὰ τὰς παιδοκτονίας καὶ τὰς εἰδωλολατρίας, μετὰ τὴν πολλὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ προφήτας ἀφῆκε παρ' ὑμῖν εἶναι διαφόρους, καὶ σημεῖα εἰργάζοντο καὶ θαύ-

sit, quod et in Aegypto tantum tempus in magnis miseriis versatos deus miseratus est, et in Babylonem captivi abducti inde in patriam reducti sunt, et tot malis ab Antiocho affecti tamen pristinam recuperarant dignitatem, nunc autem tale nihil fit, sed 500, imo 1000 iam exactis ab excidio annis ne speciem quidem ullam priorum mutationum videmus? quodsi peccata sua causentur, dicantque ideo sibi patriam non reddi, quia delictis suis deum offenderint, haud abs re fuerit ita eos rogare. propter peccata vestra, o Iudaei, tanto tempore Hierosolyma extorres degitis? quid hoc novi et inauditi est? scilicet antiquitus iuste vixistis et officii rationes tenuistis, ac non iam inde ab initio innumera inter delicta vitam egistis? nonne cum et mare scindi et saxa rumpi totque alia miracula vidissetis in solitudine, tamen vitulum adoravistis? nonne Mosen lapidibus obruere multisque aliis modis interficere saepenumero aggressi estis? nonne deum impiis dictis irritastis? nonne Beelphegori initiati estis? nonne filios et filias vestras daemonibus immolastis? nonne alienos deos coluistis? nonne omne flagitiorum ac malitiae genus exercuistis? qui fit ergo quod tunc deus vos non est aversatus, sed post infanticidia vestra, post impios deastrorum cultus, post extremam ingratitudinem cum vates vobis misit va-

*ματα παράδοξα; τίνος οὖν ἕνεκεν πάλαι μὲν ἀσεβοῦντες καὶ μυρία διαπραττόμενοι δεινὰ τοσαύτης εὐνοίας ἀπηλαύσατε παρὰ θεοῦ καὶ προστασίας καὶ προμηθείας, νῦν δὲ οὔτε εἰδωλολατροῦντες οὔτε παιδοκτονοῦντες ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ διάγετε; μὴ γὰρ ἕτερος ἦν θεὸς τότε καὶ ἕτερος νῦν; οὐκ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἐκεῖνα οἰκονομῶν καὶ ταῦτα νῦν ἐργαζόμενος; διὰ τί, ὅτε μείζω μὲν ἦν τὰ ἁμαρτήματα, πολλὴ δόξα ὑμῖν ἦν παρὰ θεοῦ, ὅτε δὲ ἐλάττονα πλημμελεῖτε νῦν, παντελῶς ὑμᾶς ἀπεστράφη καὶ ἀτιμίᾳ* C
*παρέδωκεν ἀπεράντῳ; ἀλλὰ κἂν ὑμεῖς σιγήσητε, οἱ λίθοι κεκράξονται. ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τοῦ δεσπότου τὰς χεῖρας ἐξετείνατε, διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται ὑμῖν διόρθωσις οὐδὲ συγγνώμη λοιπὸν οὐδὲ ἀπολογία. τότε μὲν γὰρ εἰς δούλους ἦν τὰ τολμώμενα, νῦν δὲ πάντα ἐκεῖνα τὰ παλαιὰ σαφῶς ἀπεκρύψατε διὰ τῆς εἰς τὸν κοινὸν δεσπότην Χριστὸν μανίας. ὅθεν καὶ μειζόνως κολάζεσθε, καὶ οὐδ' οὕτως ἀπέχεσθε τῆς πατρικῆς ἐμβροντησίας τε καὶ λύσσης, πλάνον αὐτὸν καὶ παράνομον ἀποκαλοῦντες. εἰ γοῦν πλάνος ἦν ὁ Χριστός, ὥς φατέ, καὶ παράνομος, ἐχρῆν μᾶλλον ὑμᾶς εὐδο-* D
*κιμῆσαι, ὅτι αὐτὸν ἀπεκτείνατε. εἰ γὰρ Φινεὲς ἕνα τινὰ παρανομοῦντα ἀνελὼν ὁλόκληρον τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους ὀργὴν κατέπαυσεν (ἔστη γὰρ Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην), πολλῷ μᾶλλον ἐφ' ὑμῶν ἔδει τοῦτο γενέσθαι, εἴ γε παράνομος ἦν ὁ ὑφ' ὑμῶν σταυρωθείς.*

**rios, tum miracula et prodigia inusitata edidit? cur olim tanta impietate obstricti et tot flagitiis ac sceleribus cooperti deum ita benevolum propitium atque tutorem habuistis, nunc autem neque impio cultu neque infantium caede eum irritantes in servitute et miseriis vitam degitis? nisi fortassis alius nunc est quam quondam deus, neque idem et illa et haec egit. alioqui cur vos tanto in pretio habuisset, cum graviora committeretis peccata, nunc vero cum minus delinquitis, omnino aversatus infinitae ignominiae exponeret? at enim vobis tacentibus vel lapides vociferabuntur. ex quo enim manus domino intulistis, porro neque correctio vobis reliqua est neque venia neque defensioni locus est. nam priores vestrae iniuriae in servos erant profectae a vobis: Christo autem per insaniam necando priora vestra scelera novi magnitudine obliterastis. ea de causa nunc gravioribus suppliciis afficimini. et tamen ne sic quidem maiorum vestrorum vaecordiam atque rabiem deponitis, sed etiamnum Christum impostorem atque legis violatorem appellatis. qui si talis fuisset qualem vos dicitis, propter necem ei illatam vos maiori etiam quam ante in existimatione esse conveniebat. si enim Phinees uno legis violatore trucidato iram dei, quae contra totum exarserat populum, placavit (stabat enim, ait scriptura, Phinees, et placabat deum, ac desiit occidio, eaque res illi iustitiae loco imputata est), quanto magis vobiscum ita agi debuit, si quidem is quem in cru-**

καὶ πόθεν δῆλον, φησίν, ὅτι τέλεον ἀπεστράφη ἡμᾶς ὁ θεός; τῶν πραγμάτων αὐτῶν βοώντων καὶ σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιέντων φωνὴν διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως, διὰ τῆς ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἀλλ' ἄνθρωποι, P 235 φησίν, ἐπήγαγον, οὐχ ὁ θεός. εἰ γοῦν ἀνθρώπων ἔργα ταῦτα καὶ οὐχὶ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ, ἔδει μέχρι τῆς ἁλώσεως τὰ ὑμέτερα στῆναι καὶ μὴ περαιτέρω προελθεῖν ὑμῖν τὴν ἀτιμίαν καὶ κάκωσιν. πλὴν ἔστω κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, ὅτι τὰ τείχη κατέστρεψαν ἄνθρωποι καὶ τὴν πόλιν καθεῖλον καὶ τὸν βωμὸν ἀνέστρεψαν. μὴ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄνθρωποι κατέπαυσαν; μὴ καὶ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν καὶ τἆλλα τὰ σεμνὰ τὰ παρ' ὑμῖν αὐτὰ κατέλυσαν, οἷον τὸ φωνὴν ἐκ τοῦ ἱλαστηρίου φέρεσθαι, τὴν ἐπὶ τῷ χρίσματι γενομένην ἐνέργειαν, τὴν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦ ἱερέως δήλωσιν; καὶ γὰρ ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία οὐχὶ κάτωθεν εἶχε τὰς ἀρχὰς B ἁπάσας, ἀλλὰ τὰς πλείους καὶ σεμνοτέρας ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν. οἷον τί λέγω; θυσίας γίνεσθαι συγχωρήσας, ὁ μὲν βωμὸς ἦν κάτω καὶ τὰ ξύλα καὶ ἡ μάχαιρα καὶ ὁ ἱερεύς, τὸ δὲ πῦρ τὸ μέλλον ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῖς ἐκείνοις ἰέναι καὶ δαπανᾶν τὰς θυσίας ἄνωθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν· οὐ γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν ναὸν εἰσῆγε πῦρ, ἀλλὰ φλὸξ ἄνωθεν κατενεχθεῖσα τὴν ἐπὶ τῆς διακονίας ἐπλήρου θυσίαν. πάλιν εἴ ποτε ἔδει τιμαθεῖν, ἀναμέσον τῶν Χερουβὶμ καὶ τοῦ ἱλαστηρίου φωνή τις ἐφέρετο καὶ τὰ μέλλοντα προέλεγεν. ὡσαύτως ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως, ὅπερ ἐκάλουν δήλωσιν, ἐγίνετό τις ἔλλαμψις, καὶ τὰ

cem egistis legis erat violator? audes tamen adhuc quaerere unde constet deum vos omnino aversari, cum quidem res ipsa clamet, et vocem tuba clariorem edat urbis excidium, templi vastatio, et reliqua omnia. ab hominibus, aiunt, non a deo ista sibi mala imposita. quodsi non ira dei sed homines horum essent malorum auctores, utique excidium ea finiisset, neque ultra ignominiae atque miseriae ventum esset. verum esto ita uti dicitis, ac muros urbem et altare deiecerint homines. num et homines hominum vi existere cessaverunt? num homines gratiam spiritus aliaque apud vos magnifica aboleverunt? cuius generis est, quod nunc neque, ut quondam, vox a propitiatorio effertur, neque sua unctioni constat efficacitas, neque lapis sacerdotis docet. nam Iudaica religio sua principia non omnia de rebus terrestribus habebat, sed pleraque et praecipua caelitus. exempli causa sacrificia deus praescripserat; atque ara quidem, ligna culter et sacerdos terrena erant, ignis autem qui in adyto arsurus et sacrificium consumpturus erat, caelitus habebat ortum: non enim homo ignem templo inferebat, sed flamma de caelo lata sacrificium perficiebat. item si qua de re certiores fieri cuperent, inter Cherubimos et propitiatorium vox quaedam edebatur futura praedicens. eodem modo de lapide qui supra pectus sacerdotis summi pendebat, fulgor exibat qui futura detegeret; unde ei nomen

μέλλοντα προεσήμαινεν. ὁμοίως ἡνίκα χρίεσθαι ἔδει τινά, πνεύματος ἐφίπτατο χάρις καὶ τὸ ἔλαιον ἀνεπήδα. καὶ προφῆται διηκόνουν τοῖς πράγμασι τούτοις, καὶ νεφέλη πολλάκις καὶ καπνὸς C τὰ ἄδυτα κατελάμβανεν. ἵνα τοίνυν μὴ ἀναισχυντῆτε μηδὲ ἀνθρώποις λογίζησθε τὴν ἐρήμωσιν αὐτῶν, οὐχὶ τὴν πόλιν μόνην ἀφῆκε πεσεῖν καὶ τὸν ναὸν ἐρημωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα, ἅπερ ἐκ τῶν οὐρανῶν τὰς ἀρχὰς εἶχεν, ἐκποδὼν γενέσθαι πεποίηκε. τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ ἔχετε νῦν προφήτας οὐδέ τι τῶν λοιπῶν ἐκείνων θείων; οὐκ εὔδηλον ὅτι τοῦ θεοῦ τὰ καθ' ὑμᾶς ἀποστραφέντος; καὶ πόθεν, φησί, τοῦτο δῆλον; ἀφ' ὧν πρὸ τούτου μὲν ἀσεβοῦντες ἐτυγχάνετε πάντως, νῦν δὲ δοκοῦντες ἐπιει- D κέστερον ζῆν μετὰ τὸν σταυρὸν μείζονα τιμωρίαν ὑπομένετε καὶ οὐδενὸς ἀπολαύετε τῶν προτέρων, οὔτε μὴν ἀπολήψεσθε, καθὼς αἱ θεῖαι προρρήσεις ἐναργῶς δηλοῦσιν. εἰ δὴ βούλεσθε, καὶ ἑτέρους προφήτας ἐφοπλίσομεν λέγοντας φανερῶς ὅτι τὰ μὲν ὑμέτερα τέλος λήψεται, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀνθήσει, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκταθήσεται τὸ κήρυγμα, καὶ θυσίας ἑτέρας προσενεχθήσεται τρόπος, ἐκείνων τῶν παρ' ὑμῖν καταλυθεισῶν. οὐδὲ γὰρ Ἡσαΐαν παράγω τέως μάρτυρα οὔτε Ἱερεμίαν οὔτε τοὺς ἄλλους πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἵνα μὴ λέγητε ὅτι τὰ δεινὰ ἐκεῖνα ἃ ἔλεγον περὶ τῆς αἰχμαλώσεως ἐξέβη, ἀλλὰ Μαλαχίαν τὸν μετὰ P 236 τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως ἀποκατάστασιν σαφῶς περὶ τῶν πραγμάτων ὑμῶν προφητεύσαντα. ἐπειδὴ γὰρ ἐπανῆλθον καὶ τὴν πόλιν ἀπέλαβον καὶ τὸν ναὸν ᾠκοδόμουν καὶ

patefactionis. itemque si quis inungeretur, gratia spiritus in eum insiliebat et oleum resiliebat. iisque rebus vates erant administri, ac saepe nebula et fumus adytum occupaverunt. ne igitur pro impudentia vestra, calamitates vestras hominibus acceptas ferretis, non urbis modo et templi excidium fieri deus permisit, sed et eas res quarum de caelo principia erant e medio sustulit. cur enim nunc et prophetis et omnibus istis divinis rebus destituimini? nonne in promptu est id fieri, quia deus vos aversatur? unde, dicis, id liquet? inde quod quondam admodum impii fuistis: nunc autem post cruci affixum Christum, cum videamini rectius vivere, graviores penditis poenas, nihilque priorum bonorum vobis adest; neque vero unquam aderit, quemadmodum divinae praedictiones perspicue ostendunt. vultisne ut plures etiam vates contra vos ad auxilium advocemus, qui diserte pronuntient finem esse rerum vestrarum, nostras resërituras, ac per totum orbem propagatum iri praeconium, aliumque sacrificandi modum instituendum, vestro sublato? sane non producam testem Esaiam aut Ieremiam aut alios qui ante Babylonicum vixerunt exsilium, ne eo impleta fuisse dicatis quae illi mala minati sunt: sed Malachiam, qui post vestrum ex Babylone reditum et urbis instaurationem evidenter de vestris rebus est vaticinatus. is ergo cum Iudaei in patriam reversi urbem recepissent, templum aedificassent

τὰς θυσίας ἐπετέλουν, τὴν μέλλουσαν παντελῆ ταύτην καὶ τελευταίαν ἐρήμωσιν καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν θυσιῶν προλέγων φησίν "εἰ λήψομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν θυσίαν, λέγει κύριος παντοκράτωρ. ὅτι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά. ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτήν." πότε οὖν ταῦτα πεπλήρωται, ὦ Ἰουδαῖοι, καὶ B πότε ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσηνέχθη τῷ θεῷ καὶ θυσία καθαρά; οὐκ ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ' ἢ τοῦτον τὸν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν. ὡς εἰ μὴ τοῦτον προλέγει τὸν καιρόν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν θυσίαν ἀλλὰ τὴν Ἰουδαϊκήν, παράνομός ἐστιν ἡ προφητεία. εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως κελεύοντος εἰς μηδένα τόπον ἀνάγεσθε θυσίαν ἀλλ' ἢ εἰς τὸν τόπον ὃν ἐξελέξατο κύριος ὁ θεός, καὶ εἰς ἓν χωρίον ἐν Ἱερουσαλὴμ συγκλείοντος τὰς θυσίας ἐκείνας, ὁ προφήτης λέγων ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα μέλλειν προσάγεσθαι καὶ θυσίαν καθαράν, ἐναντιοῦται καὶ μάχεται τῷ Μωϋσῇ. ἀλλὰ μὴ γένοιτο· περὶ γὰρ ἑτέρας ἐκεῖνος εἶπε θυσίας καὶ περὶ ἑτέρας οὗτος. ἀκούσατε δὴ Σοφωνίου φωνοῦντος τὰ C αὐτὰ καὶ λέγοντος "ἐπιφανήσεται κύριος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ ἕκαστος ἀπὸ τοῦ τόπου αὐτοῦ." καίτοι γε τοῦτο οὐκ ἐφεῖτο, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον ἐθέσπισε Μωϋσῆς λατρεύειν. ὅταν οὖν ἀκούσητε τῶν προφητῶν προλεγόντων καὶ προαναφωνούντων ὅτι οὐκέτι εἰς μίαν πόλιν οὐδὲ εἰς ἕνα τόπον ἀναγκασθήσονται ἄνθρωποι

**ac sacrificarent ex lege, de postrema hac et perfectissima vastatione sacrificiorumque abolitione ita praedixit (cap. 1) "scilicet ut ego de manibus tuis sacrificia accipiam, inquit dominus omnipotens. ab ortu solis usque ad occasum nomen meum magnifice praedicatur, eique omnibus locis adoletur et sacrificium offertur purum. vos autem sacrificium contaminatis." quando autem, o Iudaei, ista impleta sunt? quando ubique deo purum sacrificium et suffitus oblatus est? certe tempus aliud dicere non potestis quam quod fuit ab adventu Christi. quod tempus nisi vates indicavit, neque nostrum sed Iudaicum sacrificium intelligi voluit, legi dei eius adversabitur oraculum. nam cum Moses non alibi quam eo loco quem deus elegerat iusserit sacrificari, et omnia sacrificia Hierosolymam compegerit, vates ille ait omnibus locis deo sacrificium purum et suffitum oblatum iri. ita Mosi videtur repugnare. verum hoc absit ut dicamus: nam alter de altero est locutus sacrificio. audite etiam eadem dicentem Sophoniam (cap. 2): "apparebit" inquit "dominus omnibus nationibus et exscindet omnes earum deos, adorabuntque eum omnes, quisque suo loco." atqui hoc non permittebat lex, sed in uno tantum loco iubebat Moses sacrificari. cum ergo auditis vates tanto ante tempore pronuntiare non fore necesse ut omnes homines in unam urbem unumve locum undique confluant, sed quemque**

πάντοτε συνάγεσθαι, ἀλλ' οἴκοι καθήμενος ἕκαστος θεραπεύσει τὸ θεῖον, τίνα ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν ἕτερον καιρὸν ἀλλ' ἢ τὸν παρόντα τοῦτον, καθ' ὃν τὰ μὲν ἡμέτερα διαλάμπουσι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὰ δὲ ὑμέτερα κατεσβέσθη καὶ ἐν σκότει διαπορεύεσθε κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ὅτι δὲ πάλιν οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν ὑμῖν δοῦναι τὰς τοιαύτας ἐβούλετο θυσίας, ἀκούσατε τί φησιν D Ἡσαΐας. "τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. καὶ τίς ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν;" εἰ δὲ ταῦτα παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐζήτει, καὶ τοὺς παλαιοὺς πάντας τοὺς παρ' ὑμῖν λάμψαντας πρώτους ἂν εἰς τὴν πολιτείαν ἤγαγε ταύτην. πῶς οὖν ταῦτα, φησίν, ἐπέτρεψε; τῇ ὑμετέρᾳ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ. καὶ καθάπερ ἰατρὸς πυρέττοντα ἰδὼν ἄνθρωπον δυσάρεστόν τε καὶ ἀκαρτέρητον, ἐπιθυμοῦντα ψυχροποσίας καὶ ἀπειλοῦντα εἰ μὴ λάβοι ἑαυτὸν ἀναιρήσειν, βουλόμενος τὸ μεῖζον κωλῦσαι κακὸν τὸ ἔλαττον δίδωσι πρὸς ἀλλαγὴν τελευτῆς βιαίας, οὕτω δὴ καὶ ὁ P 237 θεὸς ἐποίησεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶδε μαινομένους, ἀγχομένους, ἐπιθυμοῦντας θυσιῶν, καὶ παρεσκευασμένους εἰ μὴ λάβοιεν αὐτομολήσειν πρὸς τὰ εἴδωλα, μᾶλλον δὲ οὐ παρεσκευασμένους ἀλλὰ καὶ αὐτομολήσαντας ἤδη, ἐπέτρεψε τὰς θυσίας. καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δῆλον ἐντεῦθεν· μετὰ γὰρ τὴν μυσαρὰν ἑορτὴν ἣν ἐπετέλεσαν τοῖς δαιμονίοις μοσχοποιήσαντες, τότε τὰς θυσίας ἐπέτρεψε, μονονουχὶ λέγων "μαίνεσθε καὶ βούλεσθε θύειν; οὐκοῦν ἐμοὶ θύετε." ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐπιτρέψας οὐ μέχρι τέλους

**domi suae deo cultum exhibiturum, quodnam aliud tempus ei rei deputabitis quam hoc ipsum, quo res nostrae per totum terrarum orbem vigent, vestrae autem dissipatae sunt, vosque in tenebris per totum orbem erratis? iam quod ab initio sacrificia talia a vobis deus non exegerit, ex Esaiae verbis cognoscite (cap. 1): "quid ad me multitudo vestrorum sacrificiorum, inquit dominus: quis ea de manu vestra requirit?" profecto enim si haec initio desiderasset, priscos illos qui de vestra gente illustres fuerunt, primos omnium ad eos ritus adegisset. quaeritis causam cur ea vobis iniunxerit? ea est vestra imbecillitas. sicut enim, medicus hominem cernens febricitantem morosum et incontinentem, qui frigidae potum ita postulet ut eo negato minetur se sibi manus allaturum, studio maius malum avertendi minus concedit, ut eum a violento exitio conservet, ita etiam deus vobiscum egit. cum enim videret vos insana sacrificandi cupiditate ardere, paratosque, nisi eam explere vobis concederetur, deficere ad falsos deos, (quid dico paratos? imo autem cum iam defecissetis) sacrificia permisit. atque hanc esse veram causam inde fiet manifestum, quod post incestum illud demum sacrificium quod daemonibus ad vitulum a vobis conflatum obtulistis, sacrificandi vobis potestatem fecit, perinde ac si diceret "insanitis sacrificandi studio? mihi ergo potius sacrificate." neque tamen im-**

ἀφῆκεν, ἀλλὰ διὰ σοφωτάτης μεθόδου πάλιν ἀνήγαγε. καὶ
B ὥσπερ ὁ ἰατρὸς ἐκεῖνος συγχωρήσας τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ κάμνοντος, εἶτα φιάλην οἴκοθεν κομίσας κελεύσει ταύτῃ μόνῃ τῆς ψυχροποσίας μεταλαβεῖν, καὶ τοῦ κάμνοντος πεισθέντος λάθρᾳ τοῖς ἐπιτηδείοις ἐπιτάξειε συντρῖψαι τὴν φιάλην αὐτήν, ἵνα λανθανόντως καὶ ἀνυπόπτως αὐτὸν ἀπαγάγῃ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς, οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐποίησε· θύειν ἐπιτρέψας ἐν οὐδενὶ τόπῳ τῆς οἰκουμένης εἴασε τοῦτο γενέσθαι ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ μόνον, ὅθεν φησὶν ὁ Δαβὶδ "σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ." εἶτα ἐπειδὴ χρόνους τινὰς
C ἔθυσαν, καθεῖλε τὴν πόλιν. ὥσπερ ὁ ἰατρὸς διὰ τῆς τοῦ σκεύους συντριβῆς, οὕτως καὶ ὁ θεὸς διὰ τῆς καταστροφῆς τῆς πόλεως καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἀπήγαγε τοῦ πράγματος. ἐπεὶ γὰρ εἰ φανερῶς εἶπεν ἀπόστητε, οὐκ ἂν ἠνέσχοντο ῥᾳδίως, διὰ τῆς κατὰ τὸν τόπον ἀνάγκης λανθανόντως αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα μανίας. ἔστω τοίνυν ὁ μὲν ἰατρὸς ὁ θεός, ἡ δὲ φιάλη ἡ πόλις, ὁ δὲ νοσῶν ὁ δυσάρεστος δῆμος τῶν Ἰουδαίων, ἡ δὲ ψυχροποσία ἡ τῶν θυσιῶν ἐπιτροπὴ καὶ ἐξουσία. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἠβούλετο κατασκευάσαι, τίνος ἕνεκεν εἰς τόπον ἕνα συνέκλεισε τὴν τοιαύτην θυσίαν ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν; τίνος χάριν τὴν
D μὲν λατρείαν εἰς θυσίας, τὰς δὲ θυσίας εἰς τόπον, τὸν δὲ τόπον εἰς καιρόν, τὸν δὲ καιρὸν εἰς μίαν πόλιν συναγαγὼν αὐτὴν πάλιν ἐκείνην κατέστρεψε τὴν πόλιν; καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παρά-

mensam vobis sacrificandi licentiam permisit, sed scitissima via atque ratione vos revocavit. ac quemadmodum ille medicus cupiditati aegrotantis indulgens post poculo domo allato ei persuaderet uti non alio ex vase frigidam biberet, eoque parente occulte eius familiaribus mandaret ut confringerent vitrum, itaque ille non animadvertens et tacite ab sua cupiditate abduceretur, sic deus quoque sacrificia permisit, ea lege ut non alibi terrarum quam Hierosolymis fierent. hinc Davidus ait (Psalm. 64) "te, o deus, hymnus Sione decet, tibique vota solventur Hierosolymis." deinde cum aliquamdiu sacrificassent Iudaei, urbem eam evertit, eosque eius excidio urbis, veluti medicus vitro confringendo, etiam nolentes a sacrificiis retraxit. quia enim aperte eos iubenti desinere sacrificandi morem deo non erant facile obtemperaturi, loci necessitudine obstricti, ideo eos occulte ab ea vaesania revocavit. comparem ergo deum medico, urbem poculo, Iudaeum populum morosum atque refractarium aegrotanti, frigidae potui sacrificandi licentiam. nam nisi deus hoc ipsum machinatus esset, quae causa erat cur tantum sacrificium unico loco circumscriberet, qui ubique praesens adest et omnia replet? cur cultum in sacrificium, sacrificium in locum, locum in certum tempus, atque hoc in unicam urbem includens, eam deinde urbem evertisset? idque maxime mirabile est et communi opinioni adversum,

δοξον, ὅτι πᾶσα μὲν ἡ οἰκουμένη τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεῖται, ἔνθα οὐκ ἔξεστι θύειν, μόνη δὲ ἡ Ἱερουσαλήμ, ἐν ᾗ καὶ μόνον ἐξῆν, ἄβατος καὶ ἔρημος γέγονε. περὶ ὧν μέντοι κἂν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσί φησιν ὁ θεῖος λόγος. ἤδη δὲ καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἐναργῶς ὁ θεὸς εὖ μάλα παρῃτεῖτο τὰς τῶν Ἰουδαίων θυσίας, ἐξαμαρτανόντων εἰς αὐτὸν πολλάκις, καὶ οἰομένων διὰ θυσίας ἀλλ' οὐ διὰ μετανοίας αὐτὸν ἐξευμενίζεσθαι. φησὶ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν "ἵνα τί μοι φέρετε λίβανον ἐκ Σαβᾶ P 238 καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτά, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι. καὶ συναγάγετε τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε τὰ κρέα, ὅτι οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν, ἡνίκα ἐξήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων." καὶ "τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχεσθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσετε ἔτι. ἐὰν φέρητε μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν B καὶ ἀργίαν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν." καὶ "ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμοῦ ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι." καὶ "οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ

4 πρὸ] περὶ P

quod toto orbe terrarum Iudaeis concesso, ubi sacrificare non licet, sola Hierosolyma vasta incultaque iacent, in qua urbe sola sacrificare leges sinebant. de quibus saue etiam divinus sermo in Apostolicis constitutionibus ita loquitur. iam Christo in carne rem gerente evidenter deus Iudaeorum respuit sacrificia, cum ii tam saepe contra eum peccassent, putarentque se sacrificiis, non resipiscentia deum placare posse. ita enim deus per suos vates dicit (Ierem. 6) "quorsum mihi thus ex Saba offertis, et cinnamomum ex longinqua terra? solida vestra sacrificia non sunt mihi accepta, et victimae me non delectant vestrae. conducite in unum sacrificia et victimas vestras, atque edite carnes: non enim praecepi vobis quicquam de sacrificiis solidis et fertis, cum vos ex Aegypto educerem. quorsum mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? satur sum immolatorum arietum, adipem agnorum ac sanguinem taurorum hircorumque nolo: non veniatis in conspectum meum. quis enim haec de vestris manibus exegit? porro atrium meum non calcabitis. frustra mihi similam offertis, abominor suffitum, novilunia vestra et sabbata et festum diem non fero: ieiunium, ferias et solennitates vestras odit anima mea: satietas vestri me cepit." item (Psalm. 49) "amove a me sonitum canticorum vestrorum, psalmum organorum tuorum nolo audire." item "non accipiam de domo tua vitulos,

οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. ἐμὴ γάρ ἐστιν οἱ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. μὴ φάγωμαι κρέατα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως." καὶ "θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον." καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς ὁμοίως τὰς θυσίας ἀπαναίνεται διὰ
C τὸ ἐξαμαρτάνειν αὐτοὺς εἰς αὐτὸν ἐξ ἄκρας κακίας τε καὶ ἀπειθείας καὶ σκληροκαρδίας. θυσίαι γὰρ ἀσεβῶν βδέλυγμα κυρίῳ· καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς, καὶ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς, καὶ πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰς μολυνθήσονται. διὸ δὴ καὶ τῷ Σαοὺλ ὁ θεῖος Σαμουὴλ ἔλεγεν "ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ θυσίαν, καὶ ἀκρόαμα ὑπὲρ στέαρ κριῶν. ἰδοὺ γὰρ θέλει κύριος θυσίαν ὡς τὸ εἰσακούειν αὐτοῦ." εἰ τοίνυν καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ὑπὲρ θυσίαν καρδίαν καθαρὰν ἐπεζήτει καὶ πνεῦμα συντετριμμένον, πολλῷ μᾶλλον ἐλθὼν ἔπαυσε τὰς δι' αἱμάτων θυσίας, οὐδὲ πάλαι δεόμενος αὐτῶν, ὡς εἴρηται, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ γνώμης ὀρθῆς προσοίσουσιν. εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένῳ μοι θύε. ὁπότε δὲ τούτου ἀμνή-
D μονες ἐγένοντο, καὶ μόσχον ἀντὶ θεοῦ θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἐπεγράψαντο, λέγοντες "οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραήλ, οἱ ἐξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου," καὶ ἀπαρνησάμενοι θεὸν τὸν διὰ Μωϋσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν, τὸν τὰ σημεῖα περὶ χειρὸς καὶ ῥάβδου ποιησάμενον, τὸν Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα, τὸν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν εἰς διαιρέσεις διελόντα καὶ διαγαγόντα

neque hoedos ex caulis tuis. mea enim est terra, et quicquid eam implet. num ego taurorum carne vescar aut sanguinem hircorum bibam? offer domino sacrificium laudis." et (Psalm. 50) "sacrificium deo acceptum est spiritus contritus." in summa, passim in Scriptura deus sacrificia respuit, quod Iudaei adversus ipsum peccarent summa malitia contumacia atque pertinacia. quippe impiorum sacrificia deus abominatur: nam impie ea offerunt, suntque ipsi tanquam panis luctus; et quicunque de iis edunt, contaminabuntur. itaque etiam Saulo Samuelus dixit (1 Sam. 15) "obedientiam sacrificio atque adipi arietino praestare, atque a deo iis praeferri." qui ergo ante adventum suum cor purum et animam contritam sacrificio potiora habuit, is utique postquam in carnem venit, multo magis sanguinaria ista abolevit sacrificia, quae ne pridem quidem requisierat, sed sacrificare cupientibus liberam rem permiserat, modo ea corde recto offerrent. ideo dicit "si sacrificare cupis, mihi non requirenti sacrifica." cum vero dei obliti eius loco vitulum invocaverunt, eique reditum ex Aegypto acceptum tulerunt, dicentes (Exod. 32) "ecce dii tui, Israele, qui te ex Aegypto eduxerunt," diffitentes deum, qui eos afflictos Mosis opera sublevarat, qui manu et virga Mosis miracula ediderat, qui Aegyptiis decemplicem poenam inflixerat, qui rubrum mare in portiones diisciderat ipsosque per medias aquas ut

αὐτοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος ὡς διὰ ξηρᾶς, τὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν βυθίσαντα, τὸν Μεῤῥὰν τὴν πηγὴν τὴν πικρὰν γλυκάναντα, τὸν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ εἰς πλησμονὴν ἀναβλύσαντα, τὸν στύλῳ νεφέλης καὶ στύλῳ πυρὸς σκιάζοντα αὐτοὺς διὰ θάλπος P 239 ἄμετρον, καὶ φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς οὐκ εἰδότας ὅπου πορευθῶσι, τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς καὶ ἐκ θαλάσσης κρεωδοτήσαντα ὀρτυγομήτραν, τὸν ἐν τῷ ὄρει νομοθετήσαντα αὐτοῖς, οὗ τῆς θείας καὶ βροντοφώνου φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι. τοῦτον ἀπηρνήσαντο, εἰπόντες τῷ Ἀαρὼν "ποίησον ἡμῖν θεοὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν," καὶ ἐμοσχοποίησαν χωνευτόν, καὶ ἔθυσαν τῷ εἰδώλῳ. κἀντεῦθεν οὖν ὀργισθεὶς ὁ μακρόθυμος θεός, ἅτε δὴ ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀλύτοις, στιβάσι φορτισμοῦ καὶ σκληρότητι κλοιοῦ· καὶ οὐκέτι εἶπεν, ἐὰν ποιήσῃς, ὡς πρὸ τῆς μοσχοποιίας εἴρηκεν, ἀλλὰ ποίησον θυσιαστήριον καὶ θῦε διηνεκῶς· ἐπιλήσμων γὰρ B ὑπάρχεις καὶ ἀχάριστος, ἵνα συνεχῶς ἐπιμιμνήσκῃ μου. ἐπεὶ οὖν τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἐχρήσαντο οἱ τάλανες καὶ ἀγνώμονες, ἀνάγκην ἐπέθηκε λοιπὸν θύειν καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι τινῶν, καὶ ζῴων διαφορὰς καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων διέστειλε, καίτοι παντὸς ζῴου καθαροῦ τυγχάνοντος· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς καλὰ λίαν. καὶ δὴ καὶ ἀφορισμοὺς προσέταξε καὶ καθαρισμοὺς καὶ βαπτισμοὺς καὶ δεκατισμοὺς καὶ ἁγνείας καὶ ἀργίας διαφόρους, ὧν παρακούοντι τιμωρίαν ὡρίσατο, ἵνα πιεζόμενοι

per continentem traduxerat, qui hostes eorum submerserat, qui fontem Merrae de amaro dulcem redegerat, qui de cacumine saxi icto aquae abunde elicuerat, qui columna nubis eos obumbrans nimium aëris aestum avertebat, qui columna ignea praelucebat viamque eos ignotam ducebat, qui eis caelitus manna praebebat, qui a mari coturnicibus missis carne eos saturabat, qui in monte legem ipsis dederat, qui eos auditione suae divinae ex tonitribus vocis dignatus fuerat. hunc illi diffidentes, Aaronem iusserunt sibi deos fabricari itineris duces, fusoque vitulo sacrificaverunt. ea ipsorum ingratitudine deus ira, quantumvis ad eam lentus, exarsit, eosque vinculis insolubilibus ligavit, oneribus gravibus et duris pressos compedibus; neque, ut ante confectum vitulum, permisit iis sacrificare, sed imperavit uti altari condito continenter sacrificarent, homineque obliviosi alioquin et ingrati, ita dei perpetuo colerent memoriam. quoniam igitur miseri obnoxioque praediti animo Iudaei licentia sua male usi sunt, necessitatem eis exinde imposuit dominus sacrificandi et cibis quibusdam abstinendi, discrimenque mundorum et immundorum animalium statuit, quanquam omnia animalia munda sint: omnia enim quae deus creaverat, valde bona erant. iniunxit etiam quasdam separationes purgationes ablutiones decimationes castimonias feriasque varias, poenis etiam sancita omnia, ut pressi ac compedibus

*καὶ ὑπὸ τοῦ κλοιοῦ ἀγχόμενοι τῆς πολυθέου πλάνης ἐκστήσονται.* C *οὐκοῦν διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν ἐπέδησεν αὐτούς, ὅπως διὰ τοῦ θύειν καὶ ἀργεῖν καὶ ἁγνίζεσθαι καὶ τὰ τοιάδε παρατηρεῖσθαι εἰς ἔννοιαν ἔρχωνται θεοῦ τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς καὶ νομοθετήσαντος, οἵγε μοχθηρίᾳ τρόπου καὶ γνώμης ἀγνώμονος οὐ διελίμπανον ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐπιλανθανόμενοι τοῦ θεοῦ, καὶ παρατρεπόμενοι προσεκύνουν ἀντὶ τοῦ κτίστου τὴν κτίσιν, καὶ ποτὲ μέν, ὡς εἴρηται, μοσχοποιήσαντες, ποτὲ δὲ τῷ Βεελφεγὼρ προσκυνήσαντες, ἄλλοτε δὲ τῷ Βάαλ καὶ τῷ Χαμὼς καὶ τῇ Σιδωνίᾳ Ἀστάρτῃ καὶ τῷ Μολχώμ, καὶ ποτὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄστροις, ἃ ὁ θεὸς εἰς φαῦσιν ἀν-* D *θρώποις ἐποίησε καὶ οὐκ εἰς προσκύνησιν· ποτὲ δὲ καὶ ἄλογα ζῷα ἐτίμων, ὡς παρ᾽ Αἰγυπτίοις τὸν Ἆπιν βοῦν καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον, καὶ θεοὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς, ὡς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. ταύτῃ τοι προδήλως ἀπειλῶν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου· "μὴ μικρὸν τοῦτο τῷ οἴκῳ Ἰούδα, ποιεῖν τὰ βδελύγματα ταῦτα ἃ ἐποίησαν; ὅτι ἔπλησαν τὴν γῆν ἀνομίας τοῦ παροργίσαι με." διὸ τοίνυν εἰκότως ἐξωλοθρεύθησαν ὡς τὸν θεὸν παροργίζοντες καὶ τὴν ἁγίαν γῆν ἐκείνην καταμιαίνοντες ἀπ᾽ ἀρχῆς ἕως τῆς ἐσχάτης καὶ τελευταίας ταύτης ἁλώσεως ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου. καὶ γὰρ διαφόρων ταύτην ἑλόντων καὶ καθελόντων,* P 240 *φησὶ Θεοδώρητος, πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατέστησαν ἀξίωμά τε καὶ σχῆμα· ἀλλὰ νῦν οὐκέτι. πρῶτος μὲν γὰρ Θελαφάλασαρ δορυάλωτον ἔλαβε τῶν δέκα φυλῶν τὸ πλεῖστον, δεύτερος δὲ Σα-*

**adstricti errorem de multis diis vitarent. sic ergo deus eos ob animi obstinationem devinxit, ut sacrificiis feriis castimoniis aliisque id genus caeremoniis observandis dei memoriam retinerent, qui omnia ista praecepisset atque legibus descripsisset. illi tamen perversitate morum et animi ingratitudine ea iam inde a principio ad finem usque fuerunt, ut identidem dei obliviscerentur, deviantesque a recto creatoris loco creaturam adorarent. itaque alias vitulum, uti diximus, conflarunt, alias Beelphegori supplicarunt, alias Baali Chamoso Sidoniae Astartae Molocho, alias soli lunae et stellis, quae deus non ut colerentur sed ut lumen praeberent hominibus creaverat; alias bruta animantia cultu dei affecerunt, ut in Aegypto Apin bovem et hircum Mendesium, alias argenteos et aureos deos, ut in Iudaea. eam ob rem perspicue iis deus voce vatis sui ita minatur: "parumne hoc Iudaeae familiae videtur, quod tam multa abominanda fecerunt terramque impietatis repleverunt, ut me irritarent?" merito igitur excisi sunt, cum dei iram provocarent sacramque terram ab initio polluerent identidem usque ad postremum illud suum sub Vespasiano et Tito excidium. cum enim, inquit Theodoretus, diversi Hierosolyma cepissent atque destruxissent, semper ea pristinae dignitati est atque formae restituta, dempto postremo excidio. primus Thelaphalasar maiorem decem tribuum partem captivam**

λαμανασὰρ τὴν Σαμάρειαν καὶ τὰς περὶ αὐτὴν ἐξηνδραπόδισε πόλεις, τρίτος δὲ ὁ Σεναχηρεὶμ τὰς μὲν ἄλλας τῆς Ἰουδαίας ἐπολιόρκησε πόλεις καὶ πολλοὺς μετῴκισεν αἰχμαλώτους, ἐπιστρατεύσας δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀλαζονικῶς τε καὶ δυσσεβῶς ἐκομίσατο δικαίως τῆς βλασφημίας τὰ ἐπίχειρα· θεηλάτῳ πληγῇ τὴν στρατιὰν ἀπολέσας, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀναζεύξας, ὑπὸ τῶν ἰδίων τέκνων ἀναιρεῖται. μετὰ δὲ τοῦτον Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ τοῦ υἱοῦ Ἰωσίου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικόμενος, καὶ πολλὰ τάλαντα χρυσίου καὶ ἀργύρου B
λαβὼν καὶ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους αἰχμαλώτους πολλοὺς καὶ μέρος ἐκ τῶν ἱερῶν σκευῶν, ὑπέστρεψε δασμὸν ἐπιθείς. καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον ὁ μὲν Ἰωακεὶμ τὸν φόρον ἠθέτησεν, ὁ δὲ Ναβουχοδονόσορ τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς τούτου βασιλείας, ὀγδόῳ δὲ τῆς οἰκείας ἡγεμονίας πάλιν ἐκστρατεύει τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ τὸν μὲν Ἰωακεὶμ ἀνελὼν καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους ῥιφῆναι κελεύσας ἄταφον ἐπί τινα χρόνον κατέλιπε, περὶ οὗ καὶ Ἱερεμίας φησί "τάδε λέγει κύριος ἐπὶ Ἰωακεὶμ υἱὸν Ἰωσίου βασιλέως Ἰούδα. οὐαὶ ἐπὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον. οὐ μὴ κόψονται αὐτόν, ὦ ἀδελφέ, οὐδ' οὐ μὴ κλαύσονται αὐτόν, οἴμοι κύριε καὶ οἴμοι ἀδελφέ· ἀλλὰ C
ταφὴν ὄνου ταφήσεται, καὶ συμψηφισθεὶς ῥιφήσεται ἐπέκεινα τῆς πύλης Ἱερουσαλήμ," τοὺς δὲ ἐν τέλει πάντας αἰχμαλώτους λαβών, καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσι χειροτονήσας βασιλέα Ἰεχονίαν υἱὸν Ἐλιακείμ, ἀπῆρεν εἰς Βαβυλῶνα. εἶτα καὶ τοῦτον μαθὼν στα-

abduxit. secundus Salamanaser Samariam et circumpositas urbes subegit et incolas in servitutem abegit. tertius Senacherimus reliquas Iudaeae urbes oppugnavit, multosque servitum in suum regnum misit. verum Hierosolymam quoque adortus, ac superbe et impie contra deum elatus, instas suae impiae maledicentiae poenas dedit, exercitu divinitus caeso coactus cum dedecore obsidionem solvere, domumque reversus a filiis suis est interfectus. post hunc Nabuchodonosor, Ioachimo Iosiae filio tertium annum regnante, copias in Iudaeam adduxit; multisque auri et argenti talentis acceptis, multis qui regii erant sanguinis captivis abductis, ablata etiam sacrorum vasorum parte impositoque tributo domum rediit. paulo post Ioachimo tributum non solvente Nabuchodonosor anno regni eius undecimo, sui autem octavo, rursum Hierosolyma oppugnavit, Ioachimumque necatum de muro proiici et aliquamdiu inhumatum relinqui imperavit; de quo et Ieremias dicit (cap. 21) "haec pronuntiat dominus de Ioachimo Iosiae regis Iudae filio vae ei viro: inter plangendum super eo non dicent heu frater, neque inter deflendum dicent heu domine et heu frater: sed asini sepultura ei obtinget, ac putrefactus proiicietur trans muros Hierosolymitanos." proceres omnes captivos abduxit, constitutoque ibi relictis rege Iechonia Eliachimi filio Babylonem se recepit. post tres menses hunc quoque

σιάσαντα μετὰ μῆνας τρεῖς πάλιν ἔρχεται, καὶ τοῦτον πεδήσας μετὰ πολλῶν νεωτέρων δοριάλωτον ἄγει, καταστήσας ἀντ᾽ αὐτοῦ βασιλεύειν τῶν ὑπολοίπων Σεδεκίαν πατράδελφον αὐτοῦ, ὅρκοις κατὰ τοῦ θεοῦ περὶ τοῦ μὴ ἀποστῆναι καταδεσμήσας. ἀλλὰ καὶ τούτου παραβάντος τοὺς ὅρκους καὶ μήτε τὸν δασμὸν ἀποδοῦναι θελήσαντος μήτε μὴν εὔνοιαν φυλάξαντος ἀλλ᾽ Αἰγυπτίοις
D προσφυγόντος, αὖθις παρεγένετο, καὶ τὸν μὲν Σεδεκίαν χειρωσάμενος καὶ ἐκτυφλώσας, καὶ τὴν πόλιν αὔτανδρον εἰληφώς, τά τε βασίλεια καὶ τὸν θεῖον ναὸν καὶ πᾶσαν ἐμπρήσας οἰκίαν, αἰχμαλώτους ἀπήγαγε τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ λιμοῦ καὶ τοῦ πολέμου καὶ τὰ διαφέροντα σκεύη τοῦ ναοῦ κυρίου. τὸ πλῆθος τοίνυν τῶν συμφορῶν αὐτῶν καὶ Ἰωὴλ διηγούμενος πρῶτον μὲν ἐπελεύσεσθαι κάμπην λέγει, τὰ δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς μὴ ἀναλωθέντα ὑπὸ ἀκρίδος ἀναλωθήσεσθαι, ὅσα δὲ ταύτην διαφεύξεται, δαπανήσειν τὸν βροῦχον, ἔσχατον δὲ τὴν ἐρυσίβην ἐπαχθεῖσαν μηδὲν παντελῶς καταλείψειν ἀλώβητον. φησὶ γὰρ "τὰ κατάλοιπα τῆς
P 241 ἀκρίδος καταφάγεται ὁ βροῦχος" καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα γὰρ τροπικῶς εἰς τὸν Ἀσσύριον καὶ Βαβυλώνιον ἐκληπτέον, κάμπην μὲν τὸν Θελαφάλασαρ ὀνομάζοντας, ἀκρίδα δὲ τὸν Σαλαμανασάρ, βροῦχον δὲ τὸν Σεναχηρείμ, ἐρυσίβην δὴ τὸν Ναβουχοδονόσορ, τελευταῖον ἐπιστρατεύσαντα καὶ τὴν Ἰουδαίαν δῃώσαντα καὶ τοὺς τὸν θάνατον διαφυγόντας αἰχμαλωτίσαντα, καθὼς εἴρηται. πλειστάκις μὲν οὖν πάλιν συμβέβηκεν ἁλῶναι τὴν Ἰουδαίαν, ὥς φησι πάλιν ὁ μέγας Κύριλλος, ὑπό τε Ἀσσυρίων καὶ Αἰγυπτίων Σύρων

defectionem moliri sentiens rediit, eumque in compedibus cum multis iuvenibus captivum abduxit, regno Sedechiae eius patruo tradito, cum is per deum iurasset se fidem servaturum. sed et hoc periurii sese obligante ac neque amicitiam servante et tributum abnegante et ad Aegyptios confugiente, denuo Hierosolyma advenit. ibi Sedechiae capto oculos eruit; urbeque et hominibus potitus regiam, aedem dei omnesque domos incendit, et quod a fame et bello hominum erat reliquum, captivos simulque praecipua templi vasa abduxit. Ioelus (cap. 1) sane multitudinem calamitatum enarrans primo ait erucam venturam; quod ea non absumpserit, id locustam perdituram; si quid ea reliquum fecerit, id bruchum vastaturum; ad extremum superventuram rubiginem, eamque nihil omnino integrum relicturam. sic enim ait "residua erucae comedit locusta" et quae sequuntur. haec mutatis nominibus de Assyrio et Babylonico regno sunt intelligenda: eruca enim Thelaphalaserem notat, locusta Salmanaserem, bruchus Senacharibum, rubigo Nabuchodonosorem, qui ultimo Iudaeam depopulatus est, eosque qui mortem evaserant in servitutem abegit, sicut diximus. persaepe igitur, ut magnus ait Cyrillus, Iudaea ab hostibus est vastata, ab Assyriis, ab Ae-

τε καὶ Μωαβιτῶν, Ἰδουμαίων καὶ τῶν λεγομένων Φυλιστιείμ, τουτέστι Παλαιστηνῶν· ἀλλ᾽ ὀλίγα παθοῦσαν καὶ συμμέτροις ἔσθ᾽ ὅτε περιπεσοῦσαν συμφοραῖς πάλιν ἀνῆκεν, ἐπαμύναντος B θεοῦ τοῦ καὶ παιδεύσαντος. ἀπόλωλε δὲ νῦν ὁλοσχερῶς μετὰ τὴν τοῦ κυρίου σταύρωσιν.

Ὥσπερ τοίνυν ἡ μὲν τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία κατελύθη ὑπὸ Βαβυλωνίων, ἡ δὲ Βαβυλωνίων ὑπὸ Περσῶν, ἡ δὲ Περσῶν ὑπὸ Μακεδόνων, ἡ δὲ Μακεδόνων ὑπὸ Ῥωμαίων, οὕτως ἡ τῶν Ῥωμαίων ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου καταλυθήσεται καὶ ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπὸ Χριστοῦ διαφθαρήσεται. διὰ μὲν οὖν τῶν τεσσάρων ἀνέμων τὰς μεγάλας τέσσαρας βασιλείας ὁ μέγας διδάσκει Ζαχαρίας, τὴν Χαλδαίων, τὴν Περσῶν καὶ τὴν Μακεδόνων καὶ τὴν Ῥωμαίων. τὰ δὲ δύο ὄρη τὰ δύο κλίματα τὸν οἰκουμένης φησίν· εἰς δύο γὰρ τέμνεται, εἴς τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην. καὶ οἱ μὲν πυρροὶ ἵπποι C τὸ μιαιφόνον τῶν Χαλδαίων σημαίνουσιν, οἱ δὲ μέλανες τὸν ἐπενεχθέντα παρὰ Περσῶν καὶ Μήδων τοῖς Βαβυλωνίοις θάνατον, οἱ δὲ λευκοὶ τὸ σαφὲς τῆς δόξης τῶν Μακεδόνων· οὐ γὰρ ὥσπερ αἱ ἄλλαι βασιλεῖαι, καὶ αὗται. οἱ δὲ ψαροὶ καὶ ποικίλοι τὸ ἰσχυρὸν καὶ εὔτονον τῆς Ῥωμαίων βασιλείας δηλοῦσιν. ἐπειδὴ δὲ κατεστρατεύοντο Μῆδοι καὶ Πέρσαι κατὰ Βαβυλωνίων, τούτου χάριν πορευόμενοι καὶ δὴ καὶ ἀναπαῦσαι λέγονται τὸν θυμὸν κυρίου· ἐπειδὴ γὰρ σκληροὶ γεγόνασι κατὰ τοῦ λαοῦ τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦτο παρεδόθησαν εἰς χεῖρας Κύρου τοῦ Πέρσου. τὸ δὲ καὶ τοὺς λευκοὺς ἵππους, τουτέστι τοὺς Μακεδόνας, κατόπισθεν τῶν

gyptiis a Syris a Moabitis ab Idumaeis a Philistiis, qui sunt Palaestini. verum ea mediocri percepto damno, et non magnis interdum affecta calamitatibus, rursum liberata fuit, deo tantum castigante ac rursum tutante populum. nunc autem postquam Christus fuit crucifixus, funditus ea interiit.

Quemadmodum ergo Assyriorum regnum a Babylonico, hoc a Persico, idque a Macedonico, rursumque hoc a Romano est deletum, ita et Romanum imperium ab Antichristo evertetur, et Antichristi a Christo. proinde per quattuor ventos Zacharias quattuor magna regna designavit Chaldaicum Persicum Macedonicum et Romanum. duo montes duas orbis terrarum partes indicant: is enim in duas partes scinditur, Asiam nempo et Europam. ac rufi quidem equi Chaldaeorum homicidia notant, nigri necem iis a Persis et Medis illatam, albi illustrem Macedonum gloriam (non enim simile fuit ceterorum regnorum id regnum), variegati robur Romani regni. quoniam vero Medi et Persae expeditionem in Babylonios fecerunt, eapropter ire dicuntur, et quidem etiam placare dei iram. quia enim Babylonii populum dei duriter tractarunt, ideo in manus Cyri Persae traditi sunt. quod autem albi equi

μελάνων πορεύεσθαι σημαίνει ὡς καὶ οἱ Μακεδόνες τὴν Περσῶν
D βασιλείαν χειρώσονται. τὸ δὲ τοὺς ψαροὺς ἐπὶ νότον ἔρχεσθαι δηλοῖ ὡς ἔμελλον Ῥωμαῖοι στρατεύειν κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ· ἐν γὰρ τῷ νότῳ κεῖται ἡ πόλις. τὸ δὲ προσταχθέντας αὐτοὺς περιοδεῦσαι τὴν γῆν διδάσκει πάλιν ὡς διὰ τοῦ θεοῦ πᾶσα βασιλεία συνίσταται.

Γίνονται οὖν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τῆς ἐσχάτης ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ ἔτη ,εσξβ΄, ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης οἰκοδομῆς τοῦ Σολομωντείου ναοῦ καὶ τῆς πόλεως ἔτη ,απη΄, ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας οἰκοδομῆς ἔτη φϙϛ΄, ἀπὸ δὲ τῆς κατὰ Ἀντίοχον πολιορκίας σμη΄, ἀπὸ δὲ τῆς ἀναλήψεως Χριστοῦ ἕως τῆς ὑπὸ Τίτου ἁλώσεως ἔτη μβ΄.

P 242 Τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Τίτου υἱοῦ Οὐεσπασιανοῦ τὸ Βέσβιον ὄρος ἐν τῇ δύσει κατὰ κορυφῆς ῥαγὲν ἐξεφύσησε πῦρ τοσοῦτον ὡς καταφλέξαι τὴν παρακειμένην χώραν καὶ τὰς πόλεις. ὅπερ θεασάμενοι οἱ Ἕλληνες, καὶ σφόδρα καταπλαγέντες, ἠρώτων τινὰς τῶν ἐλλογίμων Χριστιανῶν πῶς καὶ πόθεν ἐξῆλθε τὸ πῦρ ἐκ τῶν μυχαιτάτων τῆς γῆς. οἱ δέ φασιν, ἐκ τῆς ἡτοιμασμένης τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ καὶ πᾶσι τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀσεβέσιν ἀνθρώποις γεέννης ἀνεδόθη πρὸς σωφρονισμὸν καὶ ἐπίγνωσιν τῶν ἁμαρτανόντων. καὶ δῆλον ἐξ ὧν καὶ ὁ περιβόητος ὑμῶν διδάσκαλος Πλάτων ἔφη, διεξερχόμενος ἐν τῷ Φαίδωνι
B περὶ τῶν λήξεων καὶ ἀποπληρώσεων τῶν ψυχῶν, ὅτι οἱ κακῶς βεβιωκότες κολάζονται ἐν τῷ Κωκυτῷ καὶ ἐν τῷ Πυριφλεγέθοντι

nigros a tergo subsequuntur, id ostendit Macedonas Persarum regnum eversuros fuisse. et quod variegati ad austrum vadunt, eo Romanorum contra Hierosolyma expeditio adumbratur: ad austrum enim urbs sita fuit. quod terram iubentur circuire, docet a deo omnia regna constitui.

Ab Adamo usque ad extremum Hierosolymae excidium supputantur annorum quinque milia et ducenti sexaginta duo, a prima templi Solomonis et urbis aedificatione anni 1088, ab instauratione 596 anni, ab oppugnatione Antiochi 248. a Christi in caelum adscensu usque ad excidium urbis sub Tito anni 42.

Tertio anno Titi Vespasiani fil. Besbius mons in occasu a vertice summo ruptus tantum ignis efflavit, ut eo regio urbesque circumiacentes incensae fuerint. quod cum vidissent Graeci vehementer admirati, quosdam Christianorum primarios interrogarunt quonam modo atque unde ignis ex penetralibus terrae erupisset. hi responderunt eum admonendorum resipiscentiae causa peccatorum editum fuisse ex geenna, quae diabolo eiusque angelis et omnibus peccatoribus parata est. idque manifestum esse etiam ex his quae celebris ipsorum doctor Plato in Phaedone de animarum ordinibus atque statu narrat, nimirum eos qui male vixissent, in Cocyto igneo Phlegethonte et Tartaro suppliciis

καὶ ἐν τῷ Ταρτάρῳ, ἅτινά εἰσιν ἐν τῷ βάθει τῆς γῆς. καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι πρὸς τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαποροῦντας Ἕλληνας. ὁ δὲ θεῖος Πατρίκιος καὶ τῆς Προύσης ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς πρὸς τὸν δικαστὴν ἀνθύπατον, ἐρωτηθεὶς ἐπὶ λαοῦ καὶ δήμου περὶ τῶν αὐτοφυῶν πόθεν ἐξέρχεται, οὕτως ἀπεκρίθη. ὁ κτίσας θεὸς πῦρ καὶ ὕδωρ ἐξ οὐκ ὄντων οὐσιῶν, καὶ ἐκ μὲν τοῦ πυρὸς φῶς καὶ ἥλιον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας κατασκευάσας λόγῳ, προσέταξεν αὐτοῖς ἡμέραν καὶ νύκτα δᾳδουχεῖν· τοσαύτη γὰρ αὐτοῦ ἡ δύναμις ὅσον καὶ τὸ θέλημα. ἐκ δὲ τοῦ ὕδατος τὸ στερέωμα τοῦ οὐ- C
ρανοῦ συμπήξας, καὶ γῆν ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἑδράσας, ἐποίησε τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα προγνωστικῇ ἐνεργείᾳ, ἵνα ὁ μέλλων παρ' αὐτοῦ πλασθήσεσθαι ἄνθρωπος μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων καὶ συμφερόντων εἰς χρῆσιν ἐνδεῖται. ἐν οἷς δύο τόπους εὐτρεπίσας πάλιν ἀϊδίους, τὸν μὲν φωτὶ καταλάμπεσθαι καὶ ἀπεράντων ἀγαθῶν ἔμπλεων κατεσκεύασε, τὸν δὲ σκότους καὶ κολαστηρίου πυρὸς αἰωνίου πεποίηκεν, ὅπως οἱ μὲν εὐαρεστήσαντες αὐτῷ καὶ πρὸς τὴν τοῦ διαβόλου μὴ κατολισθήσαντες ἀπάτην τὸν τῶν φωσφόρων ἀγαθῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπολαβόντες τόπον αἰωνίως αὐτῷ συμβασιλεύσωσιν, οἱ δὲ παροργίσαντες αὐτὸν καὶ τῷ κοινῷ ἐχθρῷ ἐξακολουθήσαντες σὺν αὐτῷ καὶ τὸν τῶν σκοτεινοφόρων D
κολαστηρίων ἀπειληφότες χῶρον ἀτελευτήτως ἀποκλαύσωσι. διαχωρίσας δὲ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ὥσπερ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, κατεκερμάτισε ταῦτα κατὰ πάσης αὐτοῦ τῆς κτίσεως, καὶ ἔστιν ὕδωρ ὑπεράνω τοῦ στερεώματος, ὅ ἐστιν αἰθήρ, καὶ ἔστιν ὕδωρ

**affici, quae sint in visceribus terrae. atque haec quidem isti tunc Graecis rei causam sciscitantibus responderunt. beatus autem Patricius Prusae episcopus et martyr, a proconsule iudice coram universo populo causam thermarum, id est aquarum quae sua sponte calidae terra erumpunt, interrogatus ita respondit. cum deus ignem et aquam ex nihilo condidisset, verbi sui vi ex igne lucem solem et reliquas stellas fecit, iussitque ea dies noctesque lumen praebere. tantum quippe ei est potestatis quantum voluntatis. porro ex aqua firmamentum caeli compegit terramque supra aquas statuit; effecitque in his omnia efficacitate futuri providente, ut homo, quem erat formaturus, nulla suis necessitatibus usibusque commoda re destitueretur. rursum in his duo loca condidit sempiterna, quorum alterum luce illustrem infinitis bonis replevit, alterum tenebris obsitum aeterni ignis suppliciis destinavit, ut qui ei sese probassent neque a diabolo se in fraudem illici sivissent, ii vitae restituti inque locum lucis et bonorum refertum recepti aeternum cum ipso regnent, qui vero ipsum irritassent communi hosti obsecuti, cum hoc in tenebricoso isto carcere sine fine supplicia luentes plorent. proinde cum aquam ab igne, sicut et tenebras a luce, divisisset, ea per omnem suam creaturam minutis partibus distribuit. itaque et aqua supra firmamentum**

καὶ πῦρ ὑποκάτω τῆς γῆς. καὶ τὸ μὲν ἐπάνω τῆς γῆς ὕδωρ συναχθὲν εἰς συναγωγὴν μίαν θάλασσα προσηγορεύθη, τὸ δὲ ὑποκάτω τῆς γῆς ἀπομεῖναν ἄβυσσος ἐκλήθη, ἐξ οὗ καθάπερ σίφωνές τινες ἀναπέμπονται πρὸς ζωὴν ἡμῶν καὶ παντὸς ζῴου αἱ πηγαί. ἀφ' οὗ καὶ τὰ θερμὰ ἀνάγονται. καὶ τὰ μὲν πορρωτέρω τοῦ κάτω P 243 πυρὸς ἀπέχοντα προνοίᾳ θεοῦ ἀναδίδονται ψυχρότερα, τὰ δὲ πλησίον τοῦ πυρὸς ἐκεῖθεν ἐκπυρούμενα ζέοντα λίαν ἀναφέρονται, ὅσα δὲ οὐ πολὺ πλησιάζουσι, χλιαρὰ ἀναδίδονται. καὶ τὸ μὲν ὑποκάτω τῆς γῆς πῦρ κολαστήριόν ἐστι δαιμόνων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων, τὸ δὲ κατωτάτω ὕδωρ, ψυχρότερον ὂν καὶ εἰς βώλους κρυστάλλου πεπηγός, ὃ καὶ Τάρταρος λέγεται, βασανιστήριόν ἐστιν ὡσαύτως καὶ τοῦτο τῶν μὴ φυλαξάντων τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου. ὅτι δὲ πῦρ ἐστὶν ὑποκάτω τῆς γῆς, πειθέτω σε τὸ ἐν Σικελίᾳ καὶ ἐν Λυκίᾳ προφανῶς ἀναδιδόμενον καὶ μέντοι καὶ ἐν ἄλλοις διαφόροις τόποις ὁμοίως παραδεικνύμενον πῦρ, εἰς τὴν φοβερὰν γέενναν προδήλως πάντας κατακαῖον ὅσοι τὰ τοῦ πυρὸς B ἔργα πεπράχασι. περὶ οὗ καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ φησὶν ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καυθήσεται ἕως ᾅδου κατωτάτου, καταφάγεται γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων. οὕτως δὲ καὶ Ἡσαΐας διαρρήδην προφαίνων τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὴν ἐσομένην καὶ ἡτοιμασμένην αὐτοῖς διὰ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς κόλασιν ἐκβοᾷ "τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται, καὶ τίς ἀπαγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; πορεύε-

est aether; et est ignis atque aqua infra terram. et aqua quidem superior in unum collecta mare dicitur: quae autem infra terram residet, abyssus nominatur, unde veluti tubuli quidam emittuntur fontes, ad vitae nostrae et animalium omnium usus; atque indidem etiam calidae ebulliunt. nam quae, dei providentia sic ordinante, longius ab igne inferiore absunt aquae, eae frigidiores eduntur, quae igni propiores sunt, ab eo calorem concipiunt et admodum fervidae sursum efferuntur, quae autem non prope ignem sunt, tepidae exeunt. atque ignis quidem qui infra terram est, daemonum et peccatorum hominum supplicio inservit. aqua etiam imo infra terram loco, ita frigida ut in glebas glaciei congelet, qui et tartarus dicitur, ipsa etiam facit ad cruciandos eos qui dei praecepta violaverunt. esse autem ignem subter terram, persuadere tibi debet ignis qui in Sicilia Lycia aliisque locis manifesto erumpit; quo nimirum praemonstratur in horrenda Geenna omnes uri qui ignem suis factis meruerunt. de hoc igne etiam magnus ille Moses in persona dei loquitur (Deut. 32) "exarsit ignis me excandescente, cuius incendium pertinget usque ad infima inferorum, consum et terram et eius proventus, comburet fundamenta montium." sic etiam Esaias exclamat, peccatoribus diserte praedicens inexstinguibilis ignis poenas iampridem eos manentis (cap. ult.) "quis" inquit "vobis nuntiabit ignem iam ardere? quis vobis locum aeternum demonstrabit? ambulate in lumine ignis vestri, et flamma quam conce-

σθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε. καὶ ἐξελεύσονται καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί, λέγει κύριος. ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν C πάσῃ σαρκί." καὶ δὴ καὶ ὁ θεηγόρος Χρυσόστομός φησιν· ὅρα παράδοξον αὖθις ἕτερον, ἐναντίας φύσεις συνιούσας. οὔτε γὰρ ἀστραπῆς τι πυρωδέστερον οὔτε ὕδατος ψυχρότερον, ἀλλ' ὅμως ἀναμίγνυται, καὶ οὐ συγχεῖται οὐδὲ κεράννυται, ἀλλὰ τοὺς οἰκείους ἕκαστον διατηρεῖ ὅρους. τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι καὶ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ πυρί, καὶ οὔτε τοῦτο ἐξήρανε ἐκεῖνο οὔτε ἐκεῖνο κατέσβεσε τοῦτο. καίτοι ἀστραπὴ τοῦ ἡλιακοῦ πυρὸς ὀξύτερον καὶ φανότερον. καὶ μαρτυροῦσιν αἱ ὄψεις αἱ ταῖς ἀκτῖσι διηνεκῶς καταλαμπόμεναι, ἐκείνης δὲ τὴν φορὰν οὐδὲ πρὸς βραχὺ δυνάμεναι ἐνεγκεῖν. καὶ ὁ μὲν ἥλιος διὰ πάσης ἡμέρας διατρέχει τὸν οὐρανόν, αὐτὴ δὲ ἐν D μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, ὡς καὶ Χριστὸς μαρτυρεῖ λέγων "ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἐξ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν." εἶτα φησίν "ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν." αὕτη πάλιν ἑτέρα φύσις, οὐ μικρὰν ἡμῖν παρέχουσα χρείαν, ἀλλὰ τοσαύτην ὥστε εἰς τὸ πολὺ τῆς ζωῆς ἡμῖν συντελεῖν, κεκμηκότα ἀνακτᾶσθαι τὰ σώματα. τοῦτο γὰρ ἔργον ἀνέμων, ἀναρριπίζειν τὸν ἀέρα, ὥστε μὴ ἀκίνητον ὄντα διαφθείρεσθαι, πεπαίνειν δὲ τοὺς καρποὺς καὶ τρέφειν τὰ σώματα. τί ἄν τις εἴποι τὰς ἐν ναυτιλίᾳ χρείας αὐτῶν, καὶ τοὺς καιροὺς οἷς τεταγμένως ἐφίστανται καὶ παραχωροῦσιν ἀλλήλοις, χορεύοντες ἐν τῷ πελάγει

pistis. et exibunt alii, ac videbunt membra hominum eorum qui contra me deliquerunt, quia vermis eorum non morietur et ignis non exstinguetur, ostentuique erunt omnibus hominibus." sed et divino praeditus eloquio Chrysostomus dicit "rursum mihi aliud admirabile considera. congrediuntur duae naturae contrariae: quid enim sit aut fulgure magis igneum aut aqua frigidius? tamen ita coeunt ut neque confundantur neque temperentur: sed et aqua in igne et ignis in aqua suas utrumque servat proprietates: nam neque aquam ignis exsiccat, neque ignem aqua exstinguit. et sane fulgur etiam solari igne acutius est et lucidius; quod testantur oculi, qui cum perpetuo radiis solaribus illustrentur, fulguris splendorem ne exiguo quidem tempore possunt ferre. et sol totum diem permeando caelo insumit, fulgur uno momento totum orbem pervadit, quod et Christus testatur, inquiens 'sicuti fulgur ab ortu exit et usque ad occasum videtur.'" deinde addit: "qui ventos educit ex eorum thesauris." quae rursum alia est natura, non parvam nobis utilitatem conferens, sed tantam ut ad plurimam vitae partem nobis conducat, ad reficiendum fatigata corpora. ventorum enim officium est aërem excitare, ne motu carens vitium capiat, itemque coquere fructus et alere corpora. quis explicet quantum navigationibus prosint? et eorum tempora, quibus ordine ingruunt aliusque alii cedunt, choreas in mari ducentes, aliique

καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνατεθραμμένος. φθόνῳ δὲ διαβληθεὶς πρὸς
D τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας, κακομηχανίᾳ διαβολικῆς ἐπινοίας εἰς

sacris literis inexplicatum vult relinquere, se ipsum in peccatum introduxit verbaque letalia scripsit. nam ab eo et Arius ansam sui erroris mutuatus est, et reliqui deinceps, qui filium patri similem eiusdemque substantiae negant, et alii. principio enim Origenes ausus est haec verba ponere "unigenitus filius patrem videre non potest, neque filium spiritus sanctus, neque angeli spiritum sanctum, neque homines angelos." negat etiam filium de natura patris esse, sed asserit eum creatum esse, ac quod filius dicatur, id dono accepisse. docet etiam animam hominis homine prius existere, diabolos in pristinum statum restitutum iri, ac finem fore supplicio; aliaque praeterea impie tradit. in quodvis autem volumen Origenes multa congessit. in quibus ubi certis cum hominibus colloquitur aut praefando de moribus, de naturis animantium et ratione carentium disputat, medium tenens saepenumero eleganter disserit. ubi autem de fide decreta condit, ibi quovis alio absurdior est. videtur autem etiam vitam quae in domando corpore occupatur amplexus, et ad eam rem aliquid excogitasse. nam quidam aiunt eum sibi nervum praecidisse, ne sibi a voluptate negotium exhiberetur, alii eum genitalia imposito medicamento exsiccasse; alii alia ei adscribunt. quale et hoc, quod herbam invenerit qua memoriam acueret. fertur Christi gratia multa esse perpessus, quippe homo doctus et in ecclesia educatus. sed cum apud magistratus per calumniam traductus esset, diaboli-

αἰσχρότερον ἄνδρα φασὶν ἐπινοηθῆναι παρὰ τῶν τῆς κακίας ἐργατῶν τοῦτον ὑπολαβεῖν. Αἰθίοπα γὰρ αὐτῷ παρεσκεύασαν εἰς παράχρησιν τοῦ σώματος αὐτοῦ. ὁ δὲ μὴ φέρων τὴν τοσαύτην βδελυρὰν ἐπίνοιαν ἔρρηξε φωνὴν ἀμφοτέρων αὐτῷ προτεθέντων πραγμάτων. ἐπεὶ δὲ τοῦτο καθωμολόγησε θῦσαι, βαλόντες ἐπὶ χεῖρα αὐτοῦ λίβανον, εἰς τὴν τοῦ βωμοῦ πυρὰν καθῆκε, καὶ οὕτω τοῦ μαρτυρίου ἀπὸ τῶν κρινάντων ἀπεβλήθη καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξώσθη. τὴν Ἀλεξάνδρειαν δὲ λιπὼν διὰ τὸ ὄνειδος τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβεν. ἀνελθὼν δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα ὡς ἐξηγητὴς καὶ λόγιος P 255
προετρέπετο ἀπὸ τοῦ ἱερατίου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εἰπεῖν· πρεσβύτερος γὰρ προϋπῆρχε. καὶ πολλὰ καταναγκασθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἀναστὰς καὶ τοῦτο μόνον τὸ ῥητὸν εἰπὼν "τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός, ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;" πτύξας τὸ βιβλίον ἐκάθισε μετὰ κλαυθμοῦ καὶ δακρύων, πάντων ὁμοῦ συγκλαιόντων αὐτῷ. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενά τε καὶ ᾀδόμενα διὰ τὸ πλῆθος τῆς γνώσεως αὐτοῦ καὶ συντάξεως τῶν βιβλίων· ὅθεν καὶ συντακτικὸς ὠνομάσθη διὰ τὸ πολλὰ πεποιηκέναι βιβλία, μὴ ἀκούων, ὡς ἔοικε, τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος λέγοντος "υἱέ, φύ- B
λασσε τοῦ μὴ ποιεῖν βιβλία πολλά, καὶ μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου, καὶ καρδία σου μὴ ταχυνάτω τοῦ ἐξενεγκεῖν λόγον ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ, ὅτι ὁ θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. διὰ τοῦτο ἔστωσαν οἱ λόγοι σου ὀλίγοι· εἰσὶ γὰρ λόγοι

**cis artibus inventum est quomodo circumventus a recto detrudi posset. subornaverunt enim quendam virum turpem, Aethiopem, qui eius corpore, si sacrificare abnuisset, ad obscoenam abuteretur libidinem. eam turpitudinem huius machinationis non ferens Origenes, cum esset ei soluta optio, in hanc vocem erupit, velle se sacrificare. statimque ei thus in manus est iniectum, quod ille in rogum arae immisit. eapropter a iudicibus a martyrii dignitate repulsus ecclesiaque eiectus, cum dedecus hoc non ferret, Alexandrea relicta in Iudaeam se contulit. cum autem Hierosolyma pervenisset, sacerdotum ab eo collegium ut homine docto atque interprete flagitavit, uti aliquid pro concione diceret: erat enim presbyter. itaque cum admodum urgerent pontifices, surrexit atque hoc modo dictum pronuntiavit (Ps. 49) "peccatori autem dicit dominus, cur tu enarras mea iura, et meum testamentum in ore habes?" statimque clauso libro consedit eiulans atque lacrimans, omnibus qui aderant hominis miseratione una flentibus. sunt et multa alia quae de eo dicuntur atque cantantur, de eruditione eius et librorum compositione; a quorum multitudine syntacticus, quasi compositor, dictus fuit. apparet eum non paruisse Solomonis dicto, ita praecipientis (Eccles. 5 et 6) "fili, cave ne multos libros facias. neque festina loqui, neque properet animus tuus coram deo verba facere. nam deus in caelo supra est, tuque infra in terra. itaque sermones tui sint pauci: eorum enim multitudine augetur vanitas.**

*πολλοὶ πληθύνοντες ματαιότητος. καὶ μὴ γίνου δίκαιος πολύ· ἔστι γὰρ δίκαιος ἀπολλύμενος ἐν δικαιοσύνῃ αὐτοῦ. καὶ μὴ σοφίζου περισσά, μή ποτε ἀσεβήσῃς." ταύτας τοίνυν παραγραψάμενος τὰς ἱερὰς παραινέσεις καὶ παραγκωνισάμενος, οὐδὲ τοῦ θεσπεσίου προσέσχε Παύλου τῇ ἐννοίᾳ τε καὶ συνέσει ἐν τοῖς συν-*
C *τάγμασιν. ὁ γὰρ τρισμακάριος Παῦλος ἐν παρασκευῇ λόγων παντοδαπῶν βραχυτάτας ἐπιστολὰς τῇ γραφῇ παραδέδωκε, καίτοι μυρία καὶ ἀπόρρητα λέγειν ἔχων, ἅτε τὰ μέχρις οὐρανοῦ τρίτου θεωρήματα ἐπιφθάσας, ἐπ' αὐτὸν δὲ τὸν θεοπρεπῆ παράδεισον ἀναρπασθεὶς καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀνεκφράστων ῥημάτων ἀκοῦσαι ἀξιωθείς. καὶ μέντοι οὐδ' οἱ λοιποὶ τοῦ Χριστοῦ φοιτηταί, δώδεκα μὲν ἀπόστολοι, οἱ δὲ μαθηταὶ καὶ ἄλλοι πρὸς τούτοις μυρίοι, οὐκ ἄπειροι λόγων ἐτύγχανον· καὶ ὅμως οὖν ἐξ ἁπάντων τῶν τοῦ κυρίου διατριβῶν τὰ ὑπομνήματα Ματθαῖος ἡμῖν καὶ Ἰωάννης κα-*
D *ταλελοίπασιν, οὓς καὶ ἐπάναγκες ἐπὶ τὸ γράφειν ἐλθεῖν κατέχει λόγος, ὥσπερ καὶ Μάρκον καὶ Λουκᾶν ὕστερον. διὸ δή φησιν ὁ μέγας Μάξιμος "ὁ λόγος συγγραφόμενος ἢ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόμνησιν συγγράφεται, ἢ πρὸς ὠφέλειαν ἑτέρων, ἢ καὶ ἄμφω, ἢ πρὸς βλάβην τινῶν, ἢ πρὸς ἀπόδειξιν, ἢ ἐξ ἀνάγκης."*

*Μετὰ δὲ Σεβῆρον ἐβασίλευσεν Ἀντωνῖνος υἱὸς Σεβήρου καὶ Γέτας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας δύο. καὶ σφάξας τὸν ἴδιον ἀδελφὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῆς μητρὸς ἐμονάρχησεν ἔτη ϛ'. Σεραπίων δέ τις μαθηματικὸς ἔλεγεν ὡς τεθνήξεται οὐκ εἰς μακρὰν Ἀντωνῖνος*

**neque sis nimium iustus: aliquando enim iustum sua perdit iustitia. neque nimium sape, ne quando ad impietatem prolabaris." enimvero has ille sacras admonitiones aspernatus, neque divini Pauli sapientiam in scribendo secutus est. Paulus enim in tanto omnis generis sermonum apparatu brevissimas epistolas scriptas reliquit, cum quidem infinita et arcana posset literis tradere, ut qui usque ad tertii caeli spectacula elatus inque ipsum divinum paradisum abreptus ibique ineffabilia verba audire dignatus esset. quin et reliqui Christi auditores, duodecim numero apostoli et septuaginta discipuli, ac praeter hos innumeri alii, quanquam non indiserti essent, tamen ex tanta turba Matthaeus tantum et Ioannes commentarios de vita et dictis atque factis Christi scripserunt, necessitate, ut fertur, ad scribendum compulsi, sicuti et postea temporis Marcus atque Lucas. ideo magnus ille Maximus sic ait "qui libros scribit, facit hoc aut sibi commentarium parandi causa, aut utilitatis aliorum gratia, aut utriusque ergo, aut ad nocendum aliis, aut ostentandi studio, aut coactus."**

**Post Severum filii eius Antoninus et Geta imperaverunt menses 2. Severus deinde, cum fratrem in sinu matris necasset, solus imperium gessit annos 6. quidam vero mathematicus, Serapion nomine, praedixit Antoninum non multo post periturum, eique Macrinum successurum,**

καὶ Μακρῖνος αὐτὸν διαδέξεται, καὶ ἔδειξεν αὐτὸν τῷ δακτύλῳ παρεστῶτα μετὰ τῆς συγκλήτου. ὁ δὲ ὑπὸ θυμοῦ, μᾶλλον δὲ P 256 ὑπὸ τῆς τύχης, οὐ συνῆκε τὸ πρόσωπον Μακρίνου, ἀλλ' ἕτερον τὸν πλησίον ἐκέλευσεν ἀποκτανθῆναι. ὁ δὲ Μακρῖνος ἐσπούδασε τὸν Ἀντωνῖνον προκαταλαβεῖν· ὃν ἀπὸ τοῦ ἵππου κατελθόντα ἐν κυνηγίῳ εἰς ἀπόπατον, ἑκατόνταρχον ἀποστείλας τοῦτον τῷ ξίφει ἀνεῖλεν, εἰπὼν πρὸς αὐτόν "ὡς σὺ τὸν ἀδελφὸν ἀπέσφαξας, οὕτως κἀγὼ σέ." ἐπὶ τούτου πρῶτος ἐπίσκοπος κατέστη Βυζαντίου Φιλάδελφος, ἔτη τρία· πρῴην γὰρ προΐστατο τῆς ἐκκλησίας ἔτη η' πρεσβύτερός τις.

Μετὰ Ἀντωνῖνον ἐβασίλευσε Μακρῖνος, ὃς ἦν τὸ γένος Μαῦρος Καππαδόκης, ἔτη η'. Εὐτυχιανὸς δέ τις παραλαβὼν τὸν Ἀβῖτον ὡς Ἀντωνίνου υἱὸν ὄντα μοίχειον περιέθηκε διάδημα B καὶ αὐτοκράτορα ἀνηγόρευσε, καὶ δοὺς χρυσίον τοῖς στρατιώταις ἀντῆρε, καὶ συνέβαλε πόλεμον μετὰ Μακρίνου. καὶ ἡττηθεὶς Μακρῖνος ἔφυγε καὶ ἀπεσφάγη μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Ἀβῖτος ἤτοι Ψευδαντωνῖνος (οἱ δὲ Αὐρήλιον Ἀντωνῖνον Ἡλιογάβαλον τοῦτον λέγουσιν) ἐβασίλευσεν ἔτη γ' μῆνας θ' ἡμέρας δ'. οὗτος περιτετμημένος ἦν καὶ χοιρείου οὐ μετελάμβανεν, εἶχε δὲ καὶ εἴδωλον, ὅπερ ὠνόμασεν Ἡλιογάβαλον. γυναικώδης δὲ ὢν τοσοῦτος ἦν πρὸς τὸ τῆς ἀσελγείας πάθος διακείμενος ὥστε C καὶ τὸν Ἱεροκλέα ἔννομον αὐτοῦ ἄνδρα ποιῆσαι. ὡς δέ φησι Δίων, ὅτι Ἀβῖτος τὸν ἰατρὸν ἠντιβόλει διφυῆ αὐτὸν δι' ἐντομῆς ἐμπρο-

quem etiam cum senatoribus adstantem digito demonstravit. sed Antoninus prae ira, aut potius fortunae nutu, Macrinum non cognovit, aliumque ipsi adstantem pro eo iussit necari. Macrinus vero operam dedit ut Antonini conatum anteverteret; et eum, cum in venatione ventris exonerandi causa de equo descenderet, immisso centurione occidit, dicente "sicuti tu fratrem, ita ego te neco." eo tempore primus Byzantii episcopus constitutus est Philadelphus, et annos 3 praefuit: ante enim per octennium ecclesiae praefuit quidam presbyter.

Antonino successit Macrinus, patria Maurus Cappadox, et imperavit annos 8. quidam vero Eutychianus Avitum tanquam Antonini filium adulterinum arripuit, eumque diademate ornatum imperatorem appellavit; ac militibus pecunia conciliatis pugnam cum Macrino conseruit. Macrinus victus in fuga una cum filio occisus est.

Avitus sive Pseudantoninus (falsus Antoninus), quem alii Aurelium Antoninum Heliogabalum nominant, regnavit annos 3, menses 9, dies 4. fuit is circumcisus, et porcina carne non vescebatur; simulacrum colebat quod appellabat Heliogabalum. adeo fuit effeminatus et libidinibus obscoenis deditus, ut Hierocli quoque liberto nupserit. et ait Dio postulasse Avitum a medico ut se utero secto utrique sexui aptum arte

σθίας τῇ τέχνῃ ποιῆσαι. ὃς διὰ τὰς ἀκαθαρσίας καὶ μιαρίας καὶ ἀκολασίας αὐτοῦ ἐσφάγη, κακῶς τὸ ζῆν ἀπορρήξας.

Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας υἱός, ἐξάδελφος Ἀβίτου, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ΄ μῆνας η΄. ἐπὶ αὐτοῦ γέγονε λιμὸς ἐν Ῥώμῃ ὥστε καὶ κρεῶν αὐτοὺς ἀνθρωπίνων ἅψασθαι. οὗτος ἐκστρατεύσας κατὰ Περσῶν ἡττήθη κατὰ κράτος, καὶ καταφρονηθεὶς σφάττεται μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· ἥτις καὶ Χριστιανὴ ἐτύγχανε, καὶ
D τὸν Ὠριγένην ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντα μετεπέμψατο πρὸς ἑαυτήν, διδαχθῆναι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον θέλουσα. ἐφ᾽ οὗ Νάρκισσος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων, ἐν τῷ βαπτίζειν ἐλαίου τοῦ χρίσματος λείψαντος, ἐκέλευσεν ὕδωρ ἐν τῷ κρατῆρι βληθῆναι, καὶ οὕτως προσευξάμενος εἰς ἔλαιον μετέβαλε.

Μαξιμῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη ς΄. οὗτος ποιμὴν ὢν πρότερον, εἶθ᾽ οὕτως στρατιώτης γεγονὼς καὶ μετὰ ταῦτα στρατηγὸς Ἀλεξάνδρου, δι᾽ ἀνδρίαν σώματος καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς προεχειρίσθη βασιλεύς. ὃς ἔχθει τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον πολλοὺς Χριστιανοὺς ἔχοντα καὶ τιμῶντα διωγμὸν
P 257 ἤγειρε μέγαν κατὰ Χριστιανῶν. ἐπάξιον δὲ τῆς αὐτοῦ ἀνοσιούργου γνώμης τὸ τέλος εὕρατο, σφαγεὶς δολίως παρὰ Μαξίμου καὶ Βαλβίνου.

Μάξιμος Βαλβῖνος καὶ Γορδιανὸς μῆνας δύο, καὶ ἀπεσφάγη ὑπὸ στρατιωτῶν. ὁ δὲ Γορδιανὸς προεγεγόνει Καῖσαρ παρὰ Μαξιμίνου. Φίλιππος δὲ ὁ ἔπαρχος τὸν σῖτον διακομισθῆναι τῷ

efficeret. hic propter impuritatem ac flagitiosam vitam iugulatus male malus periit.

Alexander Mamaeae filius fratre Aviti genitus, imperavit annos 13, menses 8. tanta sub eo Romae fuit fames ut etiam humanis vescerentur carnibus. is cum in Persas expeditione facta magno praelio victus esset, contemptus a suis et cum matre occisus est. fuit ea Christianae religionis, et Origenem Antiochene degentem ad se vocavit, ut ex eo Christianae fidei mysteria disceret. eo tempore Narcissus Hierosolymorum episcopus, cum inter baptizandum oleum unctionis sacrae defecisset, aquam crateri imponi iussit, eamque deum precando in oleum transmutavit.

Imperavit deinde Maximinus annos 6. fuerat initio pastor, inde miles, et post sub Alexandro tribunus militum, ob fortitudinem ac prudentiam imperio est a senatu populoque Romano praefectus. odio autem Alexandri, qui multos Christianos secum honorifice habuerat, gravem Christianorum vexationem instituit. deditque dignas impietatis poenas, a Maximo et Balbino per fraudem interfectus.

Maximus Balbinus et Gordianus menses 2; et interfectus est a militibus. Gordianus autem iam ante fuerat a Maximino Caesar appellatus. Philippus autem praefectus alimenta in castra deferri prohibuit: is

στρατῷ ἐκώλυσεν. οὗτος δὲ ἦν πατὴρ τῆς ἁγίας μάρτυρος Εὐγενείας. ἐπὶ τούτου ἦν ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, καὶ οἱ ἅγιοι Λαυρέντιος καὶ Κυπριανὸς ἐμαρτύρησαν, καὶ Εὐγένιος γέγονεν ἐπίσκοπος Βυζαντίου ἔτη κε'.

Μετὰ Βαλβῖνον ἐβασίλευσε Πουπλιανὸς μῆνας β', καὶ B
ἐσφάγη ἐν πολέμῳ.

Μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἰουνίωρ μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποίησε κανδιδάτους καὶ πρωτίκτωρας, καὶ τὸ τάγμα τῶν σχολαρίων συστησάμενος ἐκάλεσεν αὐτὸ Ἰουνιώρων εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Γορδιανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δ'. καὶ ἐν πολέμῳ συμπεσὼν τῷ ἵππῳ καὶ θλασθεὶς τὸν μηρὸν ἀπέθανε.

Μετὰ δὲ Γορδιανὸν ἐβασίλευσεν Οὐνίωρος υἱὸς αὐτοῦ ἔτη δύο, καὶ ὑδεριάσας ἀπέθανεν. ἐφ' οὗ Σαβέλλιος ὁ αἱρεσιάρχης ἐγνωρίζετο.

Μετὰ τοῦτον Μάρκος ἔτη γ'.

Μετὰ δὲ Μάρκον Ἰουστιλιανὸς ἔτη δύο· καὶ φλεβοτομη- C
θείς, ἐν τῷ καθεύδειν ἐξεχύθη τὸ αἷμα αὐτοῦ, καὶ λειποθυμήσας ἀπέθανε.

Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Φίλιππος ἔτη ζ', ὃς ὑπῆρχε τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως σπουδαστής, συνέσει καὶ ἐπιεικείᾳ κεκοσμημένος. ὡρμᾶτο δὲ ἀπὸ Βόστρας τῆς Εὐρώπης, ἔνθα καὶ πόλιν ᾠκοδόμησεν, ὀνομάσας αὐτὴν Φιλιππούπολιν. οὗτος σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίει μετὰ Σαπώρου βασιλέως Περσῶν, ὃς ἐθαυ-

fuit pater sanctae martyris Eugeniae. ea tempestate episcopus Antiocheae fuit sanctus Babylas, et sancti Laurentius ac Cyprianus pro veritate supplicium pertulerunt. et Eugenius episcopatum Byzantinum occepit, ac gessit annos 25.

Post Balbinum imperavit Pupienus menses 2. occisus est in bello.

Post hunc Iunior menses 3. is primus instituit candidatos et protectores et ordinem scholariorum, quem Iuniorum a se nominavit.

Post hunc filius eius Gordianus imperavit annos 4. in bello cum equo corruens, fracto femore mortuus est.

Successit ei filius Uniorus; qui cum biennium imperasset, aqua intercute necatus est. sub eo Sabellius haereseos auctor innotuit.

Post Uniorum Marcus imperavit annos 3.

Post hunc Hostilianus biennium. is cum venam incidisset, in somnis ea rursum aperta sanguis effusus atque ita exanimatus ipse est.

Post hunc Philippus imperavit annos 7. is Christianae religionis fuit studiosus, prudentia et aequitate insigni. ortus fuit Bostris Europae urbe; ubi et urbem condidit, a se Philippopolin dictam. pactum icit cum Sapore Persarum rege. is ob corporis magnitudinem admira-

μάζετο ἐπὶ μεγέθει σώματος· μέχρι γὰρ ἐκείνου τοῦ χρόνου τηλικοῦτος ἄνθρωπος οὐκ ὤφθη. ἀνῃρέθη δὲ ἅμα τῷ υἱῷ ὑπὲρ Χριστιανῶν κατὰ Δεκίου ἀγωνιζόμενος.

D Οὐαλεριανὸς ἔτος ἕν· καὶ ἐσφάγη ὑπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ἐφ' οὗ ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ θεοῦ ὀργὴν μεγάλην ἐκπέμψαντος λοιμώδης νόσος τὸ ἀνθρώπινον γένος διέφθειρεν. ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀτμοί τινες ἀνήεσαν, καὶ πρὸς τούτοις ἄνεμοι καὶ αὖραι τῶν ποταμῶν καὶ λιμνῶν ἀνιμήσεις ἀπέπνεον, ὡς νομίζειν νεκρῶν ἰχῶρας εἶναι τὰς δρόσους. συνεχεῖς οὖν ἐκ τούτου λοιμοὶ τὴν γῆν συνεῖχον καὶ βαρέα καὶ ἀνίατα νοσήματα, καὶ ἄπειρον καὶ ἀναρίθμητον γενέσθαι τῶν ἀνθρώπων τὸν ὄλεθρον, ὥστε τοὺς πλείονας τῶν τεθνεώτων ἀτάφους ὑπολιμπάνεσθαι.

P 258 Μετὰ δὲ Οὐαλεριανὸν ἐβασίλευσε Γάλλος καὶ Βουλουσιανὸς ἔτη β' μῆνας η'. καὶ ἐπεκράτει ὁ λοιμὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, κινηθεὶς ἀπὸ Αἰθιοπίας μέχρι τῆς δύσεως, ὡς μηδεμίαν πόλιν μεῖναι τούτου ἄμοιρον. πολλάκις δὲ καὶ δὶς τῆς πόλεως ἐπήρχετο. ἐκράτει δὲ ἔτη ιε', ἀρχόμενος ἀπὸ φθινοπώρου καὶ λήγων τῇ τοῦ κυνὸς ἐπιτολῇ. μετεδίδοτο δὲ ἡ νόσος αὕτη ἀπό τε εἱμάτων καὶ ψιλῆς θέας. οὐ γὰρ ἦν οἰκία ἐν ᾗ τεθνηκὼς οὐκ ἦν. καὶ οἱ μὲν φόβῳ τοῦ μὴ μεταλαβεῖν τῆς νόσου ἀτάφους εἴων τοὺς τεθνηκότας, οἱ εὐσεβέστεροι δὲ ἀπαραφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας θεραπεύοντες εἰς ἑαυτοὺς τὴν νόσον ἐπεσπῶντο, καὶ σὺν ἐκείνοις ἢ μετ' ἐκείνους τὸν βίον μετήλλαττον. ἐπὶ τούτου οἱ Σκύθαι τὸν Ἴστρον

10 καὶ ἄπ.] ὥστε ἄπ.?

tioni fuit, cum in eum usque diem tantus homo visus non fuisset. interfectus est Philippus una cum filio, contra Decium pro Christianis propugnans.

Valerianus imperavit annum, estque a populo suo occisus. sub eo ira dei pestis universo terrarum orbi immissa humanum genus attrivit. nam et a terra et a mari vapores exhalabant, ventique praeterea et aurae a fluviis atque a paludibus udi vapores spirabant, rosque saniei mortuorum similis apparebat. itaque continens ubique pestilentia morbique graves et insanabiles innumeram hominum multitudinem absumpserunt, adeo ut pleraque cadavera inhumata iacuerint.

Post Valerianum Gallus et Volusianus imperaverunt annos 2, menses 8. eo tempore pestis invaluit, ab Aethiopia in occiduam usque terrae partem propagata: neque ulla fuit urbs eius expers, multae etiam bis ea lue infestatae. obtinuit annos 15. cepit auctumno, et desiit sub ortum caniculae. propagabatur morbus iste etiam vestimentis, soloque adeo aspectu, neque fuit domus in qua nemo esset mortuus. alii metu contagionis cadavera relinquebant insepulta. pii autem aegrotos secure curantes luem sibi adsciscebant, cumque iis aut post eos ipsi quoque moriebantur. eo tempore Scythae traiecto Istro omnem occidentem Ita-

B περάσαντες πᾶσαν τὴν δύσιν καὶ Ἰταλίαν ἀνατολήν τε καὶ Ἀσίαν ἐπόρθησαν καὶ παρέλαβον, δίχα μόνης Ἰλίου καὶ Κυζίκου. ἦν δὲ Βουλουσιανὸς υἱὸς Γάλλου. καὶ ὁ μὲν Γάλλος ἐσφάγη καθεύδων ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικός, ὁ δὲ Βουλουσιανὸς ὑπὸ στρατιωτῶν.

Δέκιος ἐβασίλευσεν ἔτη β'. οὗτος πολλοὺς ἁγίους ἐτιμωρήσατο καὶ θανάτῳ παρέδωκε. καὶ ὁ ἅγιος Κυπριανὸς καὶ ἡ ἁγία Ἰουστῖνα ἐμαρτύρησαν, καὶ οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἑπτὰ παῖδες, καὶ πλῆθος ἁγίων πολύ. οὗτος ἐθέσπισεν ἐν Ῥώμῃ τὰς Χριστιανὰς γυναῖκας μὴ ἐξεῖναι κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν, οἰόμενος διὰ τῆς νομιζομένης αἰσχύνης ταύτης εἰς εἰδωλολατρείαν ἑλκύσαι. αἱ C δὲ μᾶλλον ἀκατακάλυπτοι προῄεσαν, δόξαν ἡγούμεναι τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ δοκοῦσαν ἀτιμίαν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· ὅθεν ἄχρι τοῦ νῦν αἱ μὲν ἀκριβεῖς Χριστιανῶν γυναῖκες ἀκατακάλυπτοι προέρχονται, αἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ ἄπιστοι κατακαλύπτονται. ἐφ' οὗ καὶ Βαβύλας Ἀντιοχείας καὶ Φλαβιανὸς Ῥώμης καὶ Ἀλέξανδρος Ἱεροσολύμων καὶ Διονύσιος Ἀλεξανδρείας ἐμαρτύρησαν. καὶ Νοβάτος πρεσβύτερος ὢν τῆς ἐκκλησίας ἀπέστη, ὃς τοὺς ἐπιθύσαντας ἐν διωγμῷ μετανοοῦντας οὐκ ἐδέχετο. ἐπὶ τούτου Ἐλκεσαῖος αἱρεσιάρχης ἐγνωρίζετο. ἀνῃρέθη δὲ Δέκιος ὑπὸ Σκυθῶν ὑποθήκαις Γάλλου ἐν τέλματι ἀποπνιγεὶς μετὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, ὡς μηδὲ D τὰ σώματα αὐτῶν εὑρεθῆναι, ἄξιον τῆς θηριωδίας αὐτῶν τὸν θάνατον εὑράμενοι.

liamque totam incursionibus depraedati sunt, et Asiam occupaverunt, solis Ilio et Cyzico urbibus exceptis. Volusianus Galli filius erat. Gallus a sua uxore dormiens iugulatus est: Volusianum milites trucidaverunt.

Decius imperavit biennium. is multos sanctos supplicio affecit ac neci tradidit. sub eo b. Cyprianus et beata Iustina, tum Ephesi septem pueri magnaque sanctorum multitudo ob verae religionis professionem necati sunt. is edixit ne Romae mulieres Christianae caput velarent, sperans ea turpitudine, sicuti putabatur, ad falsam religionem pertrahi eas posse. verum eae maluerunt nudo capite prodire. inde est quod in hunc usque diem Christianae perfecte mulieres nudo incedunt capite, Iudaeae autem et ethnicae tecto. sub Decio Babylas Antiocheae, Flavianus Romae, Alexander Hierosolymae Dionysiusque Alexandriae episcopi veritati divinae testimonium toleranda nece tulerunt. et Novatus presbyter ab ecclesia defecit, eos qui in persecutione diis immolassent, poenitentiam agentes non recipiens. tunc et Elcesaeus haereseos princeps innotuit. Decius Galli artibus est a Scythis una cum filio in palude suffocatus, corporaque eorum inventa non sunt. ita suae saevitiae poenas dedit.

Αἰμιλιανὸς ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν, καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ παλατίῳ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.

Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλλιῆνος ἔτη ιε'. οὗτος ὁ Οὐαλεριανὸς πόλεμον μετὰ Σαπώρου τοῦ Πέρσου ποιήσας καὶ δοριάλωτος γεγονὼς ἐν Καισαρείᾳ, ἔχων μυριάδας β', ὑπὸ Σαπώρου ἐκδαρεὶς ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Γαλλιῆνος μετὰ τοῦτον πρῶτος ἱππικὰ τάγματα κατέστησε· πεζοὶ γὰρ κατὰ τὸ πολὺ οἱ στρατιῶται τῶν Ῥωμαίων ὑπῆρχον. ἐσφάγη δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ στρατιωτῶν P 259 πλησίον Μεδιολάνων. ἐπὶ τούτου ἤκμαζε Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς καὶ οἱ αἱρεσιάρχαι Ἀρτέμων καὶ Συνέπων ἐγνωρίζοντο.

Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. οὗτος πάππος γέγονε Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς Κωνσταντίνου τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου. ἐπὶ τούτου οἱ Σκύθαι περάσαντες καὶ τὰς πόλεις πορθήσαντες, παραλαβόντες δὲ καὶ τὰς Ἀθήνας, συνήγαγον πάντα τὰ βιβλία, καὶ ἠβούλοντο καῦσαι, εἰ μή τις ἐξ αὐτῶν κρεῖττον τῶν ἄλλων κατὰ πολὺ φρονῶν ἐκώλυσεν αὐτούς, εἰπὼν ὅτι περὶ ταῦτα οἱ Ῥωμαῖοι σχολάζοντες τῶν πολέμων ἀμελοῦσιν. οὗτος Αὐρηλιανὸν εἰς τὴν βασιλείαν προαγαγὼν τελευτᾷ.

B Κυντιλιανὸς ἀδελφὸς Κλαυδίου ἐβασίλευσεν ἡμέρας ζ'. ἐπειδὴ γὰρ ἔγνω Αὐρηλιανὸν ἐπιβῆναι μέλλοντα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἑαυτὸν ὑπεξάγει τοῦ βίου, τὴν φλέβα τμηθεὶς τῆς χειρὸς ὑπό τινος ἰατροῦ, μέχρις οὗ λειποψυχήσας ἀπέθανεν.

**Aemilianus annum unum imperavit, estque a militibus in palatio occisus.**

**Valerianus et Gallienus imperarunt annos 15. hic Valerianus cum Sapori Persae bellum intulisset, ab eo captus est apud Caesaream, viginti milia hominum in exercitu ducens; estque ei pellis detracta, atque ita periit. filius autem eius Gallienus ei succedens primus equitum turmas instituit, cum hactenus Romani milites fere pedites fuissent. interfectus est a militibus apud Mediolanum. sub hoc floruit mirificus Gregorius, et innotuerunt Artemon atque Synepon haeresium auctores.**

**Claudius imperavit annos 2. is avus fuit Constantini eius qui sanctum Constantinum Magnum filium reliquit. sub hoc Scythae in Europam effusi multas urbes inque his etiam Athenas vastarunt. Athenis captis omnes libros in unum congesserunt, ut eos comburerent. sed ab hoc eos consilio quidam reliquis longe prudentior detraxit, quod diceret Romanos libris deditos bellicam rem neglecturos. mortuus est, successore Aureliano sibi designato.**

**Quintilianus Claudii frater imperium dies 7 tenuit. qui cum audiret Aurelianum ad occupandum imperium adventare, se ipsum vita privavit, vena brachii a medico secari iussa, neque inhibito sanguine, ut ex animi deliquio moreretur.**

Αὐρηλιανὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ς', ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ στρατιωτῶν μεταξὺ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου, ἐν τῷ καλουμένῳ καινῷ φρουρίῳ, ὅπερ ἐγχωρίως κενοφλώριον λέγεται. εἶχε γὰρ ὠτακουστὴν Αὐρηλιανός τινα, ὃς ἀνέφερεν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα καὶ λεγόμενα. ἀπειληθεὶς οὖν ποτὲ παρ' αὐτοῦ διά τινα αἰτίαν καὶ φοβηθεὶς ἐμιμήσατο τὴν χεῖρα τοῦ βασιλέως, καὶ ἐγγράφως ποιησαμένου ὀνομασίας δυναστῶν ὡς ἐπὶ θάνατον ἀχθησομένων, οὗτοι C φοβηθέντες ἀνεῖλον αὐτόν. ἐπὶ τούτου ὁ ἅγιος Χαρίτων ὡμολόγησε, καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας καθαιρεῖται. ἐφ' οὗ Μάνης ὁ μιαρὸς καὶ τρισκατάρατος ἀνεφύη, Χριστὸν ἑαυτὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον μορφαζόμενος, καὶ ἐκ πάσης αἱρέσεως εἴ τι κακὸν ἐρανιζόμενος, ἐκ Περσίδος εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν κατὰ θεοῦ συγχώρησιν εἰσέφρησεν.

Οὗτος οὖν ὁ μεμηνὼς Μάνης, ὁ καὶ Σκυθιανὸς λεγόμενος, Βραχμάνης ἦν τὸ γένος, διδάσκαλον δὲ ἔσχε Βούδαν τὸν πρῴην καλούμενον Τερέβινθον, ὃς παιδευθεὶς ὑπὸ Σκυθιανοῦ τὰ Ἑλλήνων δοξάζοντος τὴν Ἐμπεδοκλέους ἠγάπησεν αἵρεσιν, δύο ἀρχὰς D λέγοντος ἀντικειμένας ἀλλήλαις, εἰσελθὼν δὲ ἐν Περσίδι ἐκ παρθένου ἑαυτὸν ἔφασκε γεγεννῆσθαι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατραφῆναι. καὶ συγγραψάμενος βιβλία τέσσαρα τὸ μὲν ἐπωνόμασε τῶν μυστηρίων, τὸ δὲ τὸ εὐαγγέλιον, τὸ δὲ τῶν θησαυρῶν, τὸ δὲ τῶν κεφαλαίων. καὶ ὁ μὲν Βούδας ὁ καὶ Τερέβινθος ὑπὸ πνεύματος ἀκα-

10 ὃς Χρ.?

Aurelianus imperavit annos sex. necatus est a militibus inter Heracleam et Byzantium, in loco qui Novum castrum, ipsorum lingua Kenophlorium dicitur. habebat Aurelianus auscultatorem quendam, qui omnia ad ipsum deferebat quae fierent aut dicerentur. is sibi metuens ab imperatore, nescio qua de causa minis ab eo sibi intentatis, manum eius imitatus schedam conscripsit, qua primores neci destinarentur; ac primores illa lecta, ut suum periculum effugerent, imperatorem occiderunt. sub hoc beatus Chariton confessus est, Paulusque Samosatenus episcopatu Antiocheno deiectus. eodem imperante impurus ille et detestabilis Manes exstitit, qui sibi Christi et spiritus sancti speciem sumebat, atque ex haeresibus omnibus mali aliquid corradens dei permissu ex Perside in Romanorum dicionem irrepsit.

Manes ille vaesanus, qui et Scythianus appellabatur, Brachman erat natione. praeceptorem autem habuit Budam, qui olim Terebinthi nomen gesserat: hic Graecas opiniones amplexus, Empedoclis decreta sectatus est, qui duo contraria principia statuerat. in Persidem Budas cum venisset, de virgine se natum et in montibus educatum dixit. scripsit libros quattuor; quorum tituli sunt de mysteriis evangelium thesaurorum capitum. atque is quidem Budas Terebinthus ab impuro genio

θάρτου συντριβεὶς ἀπώλετο, γυνὴ δέ τις παρ' ᾗ κατέλυσε καὶ κατετέθη, τὰ χρήματα καὶ τὰς βεβήλους βίβλους κληρονομήσασα
P 260 ὠνεῖται παιδάριον ἐτῶν ἑπτὰ τοὔνομα Κούβρικον, ὃν καὶ διδάξασα γράμματα καὶ ἐλευθερώσασα κληρονόμον τῶν ἑαυτῆς πάντων καθίστησιν. ὁ δὲ λαβὼν τὰ βιβλία τοῦ Βούδα καὶ τὰ χρήματα διήρχετο τὴν Περσίδα, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζων καὶ τῆς πλάνης τοῦ Βούδα συνίστωρ γενόμενος, καὶ τὰ βιβλία πονήματα ἴδια ἔλεγεν εἶναι. ὃν ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐξέδειρε ζῶντα ὡς θανάτου γενόμενον τῷ υἱῷ αὐτοῦ πρόξενον· τοῦ γὰρ βασιλικοῦ παιδὸς νοσοῦντος καὶ πολλῆς ἰατρικῆς ἐπιμελείας ἀπολαύοντος, ἐπηγγείλατο Μάνης χωρὶς ἰατρείας ἀναστῆσαι τοῦτον, καὶ οὕτω τοὺς ἰατροὺς ἀποστήσας ἐθανάτωσε τὸν παῖδα ἀμελείᾳ καὶ τερατολογίᾳ, καὶ ὑπὲρ τούτου μισθὸν ἐπάξιον εἰκότως κομίζεται τὴν ἐκδορὰν τοῦ παναθλίου αὐτοῦ σώματος. ὁ τοίνυν ἐμβρόντητος οὗτος Μά-
B νης ἀποβαλλόμενος τὴν παλαιὰν διαθήκην, καὶ τὴν κτίσιν πᾶσαν καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν οὐκ ἀγαθοῦ τινὸς θεοῦ γεγονέναι βλασφημῶν, ὑπὸ φθορὰν καὶ ἀλλοίωσιν οὖσαν, τὴν νέαν ὡς ἀγαθοῦ ὅθεν προσίεται θεοῦ, καὶ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν τὸν Χριστὸν πεφυκέναι τερατεύεται. καὶ πρὸς τούτοις καταδύσεις τινὰς ἐναγεῖς καὶ νυκτερινὰς τελετὰς καὶ παρανόμους ἐπιτηδεύσας μίξεις καὶ ἀρρητοποιίας, καὶ εἱμαρμένας καὶ μετενσωματώσεις καὶ ἄλλα πλείονα φλυαρήσας καὶ διδάξας τὰ τῶν Ἑλλήνων πονηρὰ καὶ μάταια δόγματα κρατύνειν ἐσπούδακεν ὁ θεομισὴς καὶ θεήλα-

contritus periit. mulier autem quaedam, cuius utebatur hospitio et apud quam sua deponebat, impios istos libros hereditario consecuta puerulum septennem emit, nomine Cubricum, quem literas docuit, libertateque donatum heredem omnium suarum rerum instituit. is ergo Cubricus libros Budae pecuniamque nactus Persidem peragravit, Manetem sese nominans ac Budae errorem spargens, libros eius a se elaboratos iactabat. hunc rex Persarum vivum excoriari iussit, quod filio eius mortem attulisset. cum enim regis filius aegrotaret et a medicis multa industria curaretur, Manes pollicitus est se eum sanitati absque medicina restituturum, itaque submotis medicis incuria et nugis suis puerum necavit. ideoque dignam mercedem tulit, detracta misero corpori cute. enimvero vaecors ille Manes vetus testamentum repudiat, mundique et hominis creationem impie calumniatur, a deo non bono factam, quod interitui sit et mutationi obnoxia. novum utpote boni dei admittit. Christum non re vera, sed opinantibus tantum hominibus apparuisse, ac spectrum fuisse affirmat. ad haec sceleratas quasdam occultationes, nocturna sacra et illicitos concubitus atque infanda flagitia usurpavit. fatum, migrationes animarum in alia corpora, multaque alia professus est, Graecorumque pravas et vanas opiniones tueri deo adversus invisusque ille

τος. περὶ οὗ φησὶ καὶ Θεόδωρος πρεσβύτερος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ C
"Μάνης ὁ τοῦ ἀντιθέτου σκότους ἐφευρετής, μᾶλλον δὲ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους ἀνάπλασμα, φαντασίᾳ ψιλῇ καὶ σχήματι διακένῳ σώματος ἀνθρωπείου πεφανερῶσθαι τὸν κύριον ἐφαντάσθη καὶ ὠνείρωξεν, ὥστε φησὶ καὶ πάσχειν μὲν δοκεῖν αὐτὸν καὶ πράττειν ἅπερ ἔδρα καὶ πέπονθε καθ' ἡμᾶς, μηδὲν δὲ τούτων ἀληθείᾳ καὶ πράγματι ὑπάρξαι, ἀλλὰ δοκήσει μᾶλλον καὶ ἀπάτῃ ἀποβουκολεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς καὶ συνεστράφθαι νενόμισται." διὰ τοῦτο καὶ φύσεις δύο παραιτεῖται λέγων ἐπὶ τοῦ κυρίου, ἀλλὰ μίαν τὴν τῆς θεότητος.

Παῦλος δέ τις τῷ Μανέντι τούτῳ σύγχρονος γεγονώς, τὸ D
γένος μὲν Σαμοσατεύς, Ἀντιοχείας δὲ τῆς μεγάλης πρόεδρος, ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐδυσφήμησεν. ὥσπερ δὲ εἰς ἕκαστον τῶν προφητῶν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ γεγενῆσθαι τοῦ θεοῦ λόγου τὴν οἴκησιν. ἔνθεν δὲ καὶ δύο φύσεις διῃρημένως ἐχούσας καὶ ἀκοινωνήτους πρὸς ἑαυτὰς εἶναι παντάπασιν ἐν Χριστῷ, ὡς ἄλλου αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ καὶ ἄλλου τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ θεοῦ λόγου. αὗται μὲν οὖν αἱ πρῶται φυαὶ τοῦ μίαν φύσιν καὶ τὰς δύο κακῶς καὶ δυσφήμως ἐπὶ Χριστῷ λέγεσθαι, τὸ μὲν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς θεότητος τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος.

Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς χρόνοις Ἀπολινάριός τις ἐφύη, πρόεδρος P 261
Λαοδικείας τῆς Συρίας, ματαιοφροσύνης ἑτέρας εἰσηγησάμενος. τῶν γὰρ Ἀρειανῶν ἄψυχον πάντῃ λεγόντων τὴν τοῦ κυρίου σάρκα,

docuit. de eo sic Theodorus Raithensis presbyter. "Manes" inquit "tenebrarum luci adversarum inventor, imo figmentum potestatis tenebrarum, imaginatus est atque somniavit Christum nudo simulacro et specie humana corporis vacua apparuisse, visumque modo ea agere propter nos atque pati, quae scripta sunt, cum re vera nihil eorum fieret, sed is impostura atque opinione homines lactaret, inter quos versari putatus sit. ea de causa duas Christi naturas negat, solam ei deitatem concedens.

Fuit autem coaetaneus huius Manetis Paulus quidam patria Samosatenus, episcopus Antiocheae magnae. is Christum nudum fuisse hominem impie asseruit, inque eo verbum dei ita inhabitavisse ut in quovis alio prophetarum. inde duas naturas a se invicem divisas nullaque omnino copula unitas in Christo fuisse statuit, ut alius fuerit Christus, aliud verbum in eo inhabitans. hae primum igitur duae sunt enatae haereses, quae duas et unam naturam Christo, non quomodo oportuit, sed male et impie adscribunt; alteraque earum deitati Christi, altera humanitati derogat.

Postea temporis Apolinarius quidam exstitit, episcopus Laodiceae Syriae, novarum auctor vanitatum. cum enim Ariani corpus Christi

αὐτὸς ἔφη ὅτι σάρκα μὲν ἐψυχωμένην ψυχῇ ζωτικῇ ἀνέλαβεν ὁ κύριος, νοῦν δὲ τὸν ἡμέτερον οὐ προσήκατο· μηδὲ γὰρ δεηθῆναι τὴν σάρκα φησὶν ἐκείνην ἀνθρωπείου νοὸς ἡγεμονευομένην ὑπὸ τοῦ αὐτὴν ἐνδεδυκότος θεοῦ λόγου· ἀλλὰ μηδὲ χωρεῖν αὐτὴν ἄλλην νοερὰν δύναμιν παρὰ τὴν θείαν. ταῦτα ὑποθέμενος διατείνεται μίαν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκώσεως, ὡς ἅτε τῆς σαρκὸς ἀτελοῦς οὔσης εἰς τὸ εἶναι ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἄξιόν φησιν ὀνομάζεσθαι.

B Μεθ' ὧν ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος, τῆς Μόψου ἑστίας, πόλεως ἐν τῇ Κιλικίᾳ, τὴν ἡγεμονίαν λαχών, καὶ ἐκ διαμέτρου τῷ Ἀπολιναρίῳ φερόμενος ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ καταχέει τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ θεοῦ θεὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δωρεᾶς, ἐν πρώτοις εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βαπτισθέντα, τὸν δὲ θεὸν λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν αὐτοῦ κατ' εὐδοκίαν ἑαυτοῦ κατοικήσαντα μεταδοῦναι τῆς θεϊκῆς ἀξίας αὐτῷ
C καὶ προσκυνήσεως ἰσύστερον μετὰ τὴν τελείωσιν. ταῦτα καὶ ἕτερ' ἄττα πολλὰ τοιαῦτα δυσφημήσας δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστως ἐδογμάτισεν ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις ᾠκειωμένας. δευτέρα καὶ αὕτη βλάστησις τοῦ μίαν φύσιν καὶ δύο φύσεις ἐν Χριστῷ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι.

16 βαπτισθέντος P

prorsus inanimum dicant, ille a Christo carnem anima vitali animatam fuisse assumptam perhibuit, sed qui mentem nostram minime adsciverit. nihil quippe ei corpori opus fuisse humana mente, cum a deitate in id illapsa gubernaretur. ac ne potuisse quidem recipi in id corpus aliam intelligendi facultatem prater divinam. his positis contendit unam fuisse verbi et carnis assumptae naturam, quippe ad hominis constitutionem cum caro non sufficeret, neque hominis nomen mereretur.

Post hos prodiit quidam Theodorus Mopsu Hestiae, quae urbs est Ciliciae, antistes. is plane Apolinario adversus intrepide Christum contumeliis non levibus ausus est afficere, fuisse eum vulgarem neque nobis potiorem natura hominem, dicens; profecisse autem eum, iisque profectibus gratiam dei adeptum deum fuisse nominatum; inque Iordane cum in primis in nomen patris filii et spiritus sancti baptizaretur, dono spiritus sancti fuisse dignatum. ob eius porro excellentem virtutem verbum dei in ipso arbitrio suo inhabitasse, eumque divina dignitate impertivisse, atque adorandum post mortem redegisse. haec et alia id genus multa ille impie asserens tradidit in Christo duas naturas, quarum utraque per se et seorsim circumscripta sit, respectu tantum quodam inter se coniunctas. hoc alterum est germen unam naturam et duas naturas in Christo, non ut veritas postulat, confitentium.

Μετὰ δὲ τούτους γέγονέ τις ὀνόματι Νεστόριος, ἀπὸ Γερμανικείας τῆς Συρίας, τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως δραξάμενος, ὁμοίως τῇ φωνῇ τῶν ἐν Χριστῷ δύο φύσεων καταφρόνως ἀπεχρήσατο, Παύλῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς ἑαυτοῦ προγόνοις ἑπόμενος. υἱὸς μὲν γὰρ ἦν τοῦ Κίλικος, ἀπόγονος δὲ τοῦ Σαμοσατέως, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἁγίαν παρθένον ἄσπονδον ἤρατο D πόλεμον, ἐξαρνούμενος τὸν ἑαυτοῦ κύριον καὶ ἀτιμάζων τὴν ἑαυτοῦ δέσποιναν ὁ δείλαιος δοῦλος καὶ ἀναίσχυντος. οὗτος οὖν ὁ δεινὸς Νεστόριος, προστάτης γεγονὼς τῆς Ἰουδαϊκῆς ταύτης αἱρέσεως, ἄλλον εἶναι παρ' ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν καὶ ἄλλον τὸν θεοῦ λόγον κατὰ τὴν πατρικὴν αὐτοῦ πλάνην ἐδογμάτισε.

Τῆς δὲ κατὰ Μάνεντα καὶ Ἀπολινάριον ἀντιθέτου μοίρας τρίτος πάλιν ὑπασπιστὴς Εὐτυχής, ἡγούμενος μοναστηρίου Κωνσταντινουπόλεως, ἀνεδείχθη· ὃς μὴ ἀνεχόμενος ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοφυῆ τὴν σάρκα τοῦ κυρίου διομολογεῖν ἀπηρνεῖτο, σώζε- P 262 σθαι λέγων ἐν τῷ Χριστῷ δύο φύσεις μετὰ τῆς τούτων ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα παρέπλαττεν, ἐξ οὐρανοῦ λέγων κατενηνέχθαι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου παραδραμεῖν τὸν θεὸν λόγον, οὐρανόθεν τοῦτον ἐνδεδυμένον, ἵνα δόξῃ γεγενῆσθαι ἐκ γυναικὸς καίπερ μὴ γεγεννημένος. Μανιχαῖος οὗτος ὁ λόγος, καὶ πεφαντασμένος πολλῷ μᾶλλον ἐκείνου. μίαν φύσιν καὶ οὗτος διεστραμμένῃ καρδίᾳ τὸν Χριστὸν ἐπρέσβευεν.

3 ὃς ὁμοίως? 20 δόξηται P

Successit his quidam Nestorius, a Germanicia Syriae ad solium Cpolitanum occupandum profectus. is quoque vocabulis duarum in Christo naturarum perverse est abusus, Paulum et Theodorum maiores suos imitatus. erat enim Cilicis istius filius, auctoremque stirpis Samosatenum habebat, ideoque bellum implacabile contra Divam virginem gessit, malus servus atque impudens, qui et dominum suum diffiteretur et dominam contumelia afficeret. is ergo perniciosus Nestorius ducem se Iudaicae haeresi praebuit, alium per se esse Christum, aliumque rursus verbum dei, errorem avitum sequendo statuens.

Iam Manetis atque Apolinarii adversis partibus tertius propugnator exstitit Eutyches, monasterii Cpolitani princeps. is carnem Christi eiusdem fuisse cum nostra naturae atque substantiae confiteri non sustinuit; negavitque in Christo duas permanere naturas post earum unionem atque concretionem. quin et inaudita alia atque monstrosa confinxit, corpus Christi ex caelo delapsum aiens, eoque in caelis indutum verbum dei per virginem veluti per canalem transivisse, uti natus ex muliere videretur, cum non nasceretur tamen. Manichaei ista est opinio, et quidem Manetis etiam deliriis absurdior. is quoque igitur perverso corde unicam Christi naturam asseruit.

Εἶτα Σεβῆρός τις λεγόμενος, ἁρπάσας τὸν θρόνον Ἀντιο-
B χείας, τὴν κατὰ Μάνεντα αὖθις Ἀπολινάριόν τε καὶ Εὐτυχέα διεκδικεῖν αἵρεσιν ἐπειρᾶτο, κυκῶν ὅση δύναμις αὐτῷ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην. ἐξελαθεὶς δὲ τῆς Ἀντιοχείας ὁ στασιώδης καὶ ταραξίας τῇ Ἀλεξανδρέων κουφότητι λαίλαπος καὶ θυέλλης δίκην ἐνέσκηψεν, ἔνθα καὶ ἑτέρας καταιγίδος ἀντιπνευσάσης αὐτῷ τε καὶ τῷ λαῷ συνέχεε πάντας καὶ ἐθορύβησε. διεσκέδασε γὰρ αὐτοὺς Ἰουλιανός τις καλούμενος, Ἁλικαρνασσοῦ μὲν τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος, τῆς δὲ Εὐτυχιανῆς κακοδοξίας προστάτης εὐθυμότατος. Σεβήρου γὰρ μίαν φύσιν εἶναι λέγοντος τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἐν Χριστῷ διαφορὰν δεχομένου, Ἰουλιανοῦ δὲ μίαν μὲν κατὰ τὸν
C Σεβῆρον φάσκοντος φύσιν, ἀναιροῦντος δὲ τὴν διαφοράν, αἴτιοι πάσης ταραχῆς καὶ ζάλης γεγόνασιν οἱ ἀνόσιοι, μὴ νοοῦντες (κατὰ τὸ δὴ λεγόμενον) μήτε ἃ λέγουσι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. οἵτινες πρὸς ἡμᾶς διαμάχονται λαμβάνοντας εἰς παράδειγμα τῆς θείας ἑνώσεως τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, καὶ φασὶν "οὐκοῦν τρεῖς ὁμολογεῖτε φύσεις." ἀλλ' ἴστωσαν οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀπαίδευτοι, ὅταν δύο φύσεις λέγομεν ἡμεῖς, οὐ θεοῦ καὶ σαρκός, οὔτε μὴν θεοῦ καὶ ψυχῆς, ἀλλὰ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. οὐδὲ γάρ ἐστι
D κυρίως ἀνθρώπου φύσις ἡ τοῦ μέρους φύσις. μέρη μὲν γὰρ ἀνθρώπου ψυχὴ καὶ σῶμα, μέρη δὲ τῶν μερῶν αἱ περὶ αὐτὰ διαιρέσεις τε καὶ ὑποδιαιρέσεις. καὶ μέρη μὲν Χριστοῦ ἀσύγχυτα θεότης καὶ ἀν-

Postea Severus quidam arrepto Antiocheae episcopatu, rursus Manetis Apolinarii et Eutychetis errores defendere intendit, quantumque in ipso fuit virium, id paci ecclesiae conturbandae impendit. Antiochea autem pulsus homo seditiosus et rebus turbandis intentus, instar procellae atque turbinis Alexandrinorum levitati incubuit. ubi cum ex adversa parte contra eum vehemens ventus tempestatem concitasset, ingenti tumultu totus populus confusus fuit. disturbavit enim eum Iulianus quidam, Halicarnassi Asiae urbis episcopus, animosissimus Eutychianae falsitatis propugnator. nam cum Severus unam in Christo naturam esse diceret ac differentiam agnosceret, Iulianus itidem unam naturam affirmabat, sed differentiam negabat. ita impii illi ingenti turbae atque tempestati causam praebuerunt, vere ignorantes, ut ait apostolus (1 Tim. 1), et quid dicerent et quibus de rebus contenderent. pugnant contra nos, cum pro divinae unitionis exemplo hominis ex anima et corpore constitutionem usurpamus, aiuntque nos tres in Christo naturas statuere. scire autem debebant ignari isti atque indocti homines, nos cum de duabus loquimur naturis, non loqui de deo et corpore, neque de deo et anima, sed de deo et homine. neque enim proprie hominis natura id appellatur quod humanae naturae pars est. quippe tam corpus quam anima partes sunt hominis; atque ipsae partes rursus in alias suas partes dividuntur, repetitis etiam deinceps divisionibus in alias minores. ita partes Christi distinctae sunt divina atque humana natura: anima autem et

θρωπότης, ψυχὴ δὲ καὶ σῶμα ἄλλα μέρη τοῦ μέρους. μέρη μὲν τῶν μερῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ μὲν ψυχῆς οὐσία λογικὴ καὶ ποιότης ἀσώματος, ὧν τὸ μὲν ἡγεμονικόν, τὸ δὲ θυμικόν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικόν. τούτων τὸ μὲν ἐννοηματικὸν διανοητικὸν μνημονευτικόν τε καὶ βουλευτικόν, τὸ δὲ ὀρεκτικόν τε καὶ ἑλκτικόν, τὸ δὲ ἀμυντικόν. καὶ πολλὰ ἕτερα τούτοις ὑποδιαιροῦνται. ἀφείσθω τὰ νῦν ζητεῖν πότερον ὡς μέρη ταῦτα εἰσὶν ἐν τῇ ψυχῇ ἢ ὡς δυνάμεις. ἡ δὲ τοῦ P 263
σώματος πάλιν διαίρεσις γίνεται εἰς ὁμοιομερῆ, καὶ τούτων ἔτι εἰς κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, καὶ ταῦτα εἰς ὀστέα καὶ νεῦρα καὶ σάρκα, καὶ ταῦτα εἰς τέσσαρα στοιχεῖα, καὶ ταῦτα εἰς ὕλην καὶ εἶδος. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα φιλοσοφοῦσιν ἰατρῶν παῖδες περὶ φυσικῶν δυνάμεων, ὧν τὴν μὲν ἑλκτικὴν τὴν δὲ ἀλλοιωτικὴν τὴν δὲ ἀποκριτικὴν ὀνομάζουσι, πολλὰ δὲ καὶ περὶ αἰσθήσεως καὶ φαντασίας καὶ τοῦ συνέχοντος τὸ ζῷον ζωτικοῦ καὶ ὀργανικοῦ πνεύματος, ἑτέρου παρὰ τὸ λογικόν, ὥς φασιν, ὑπάρχοντος. ὥστε τοίνυν ἀπόχρη πρὸς τὸ παραστῆσαι ταῦτα πάντα [διὰ] τὸ σάρκα εἰπεῖν ἢ σῶμα ἀνθρώπου, καὶ ἀπόχρη πάλιν διὰ τῆς λογικῆς ψυχῆς τὸ εἰς B
ἃ διαιρεῖται μέρη δηλῶσαί τε καὶ παραστῆσαι τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν ἐν οἷς γνωρίζεται. οἱ δέ, οὐχ ἵνα τὸν ἄνθρωπον τέλειον ἀποφήνωσιν, ἀλλ' ἵνα τὸν κύριον συκοφαντήσωσι καὶ τῆς ἡμετέρας αὐτὸν ἀλλοτριώσωσι φύσεως, καὶ ἢ μὴ προσειληφότα τὴν ἀρχὴν τὸ ἡμέτερον ἢ μὴ φυλάξαντα σῶον ὅπερ ἔσχε παρ' ἡμῶν, ταῦτα

**corpus aliae sunt partes, partis nimirum. porro partes partium hominis, quod ad animam attinet, sunt substantia ratione praedita et qualitas corporis expers. et animae aliud est quod imperat, aliud quod irascitur, aliud quod appetit, et quod intelligit cogitat meminit atque consulit; itemque quod appetit et attrahit, tum quod defendit, diversa sunt, hisque rursus divisis alia emergunt. neque in praesentia quaerimus, partesne ista sint animi an vero facultates. corpus quoque dividitur in partes, quarum aliae partibus idem nomen et eandem speciem servantibus constant, aliae dissimilibus, ut primum in caput manus pedes, haec deinde in ossa nervos carnem, haec rursus in quattuor elementa, et ea demum in materiam ac formam. multa porro alia philosophantur medici de facultatibus naturalibus, quarum aliam tractricem aliam alteratricem aliam expultricem dicunt. multa etiam de sensibus, de imaginandi facultate, de vitali ac per instrumenta sua didito spiritu, qui animalis vitam conservat, quem ab intellectui serviente diversum statuunt. quemadmodum igitur ad ista simul universa commemoranda sufficit nominare vel carnem vel corpus hominis, ita mentione animae ratione praeditae facta satis etiam intelliguntur eius partes, in quas dividitur et ex quibus constat. verum isti non ut hominem omnibus numeris absolutum pronuntient, sed ut Christum calumnientur eumque a nostra natura alienum faciant, ut vel ne assumpsisse quidem initio nostram naturam credatur, vel id integrum non servasse quod a nobis acceperat, propterea huius-**

καὶ τὰ τοιαῦτα σοφιζόμενοι, καὶ περὶ τὸ παράδειγμα κακουργοῦντες, εἰς ἀφύκτους καὶ ἀδιεξοδεύτους καταπεπτώκασι λαβυρίνθους.

Ἀμέλει γέ τοι καὶ Θεοδώρητος ἔφη περὶ τούτων καὶ τῶν
C τοιούτων ἀνοσίων οὕτως. «εἰσὶ μέντοι γέ τινες οἳ καὶ Χριστιανῶν
μὲν προσηγορίαν ἔχουσιν, ἄντικρυς δὲ τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασι πολεμοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ τὸ ἀγέννητον εἰς τρία τέμνουσι, καὶ τὸ μὲν καλοῦσιν ἀγαθὸν τὸ δὲ κακὸν τὸ δὲ δίκαιον· οἱ δὲ δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους ζωγραφοῦσι, τῷ λόγῳ ἀλλήλαις ἐναντίας ἐκ διαμέτρου. ἄλλοι δὲ τοῖς μὲν ἀσεβέσι τούτοις πολεμεῖν ἐπαγγέλλονται δόγμασιν, ἑτέραν δὲ δυσσεβείας ἐπινοοῦσιν ὁδόν· τὸν γὰρ τοῦ θεοῦ μονογενῆ λόγον ὁμολογοῦντες υἱὸν ὡς ποίημα τῇ κτίσει συναριθμοῦσι, καὶ τὸν κτίστην ἱστῶσι μετὰ τῆς κτίσεως, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ
D δυσσεβεῖ λόγῳ τῆς θείας ἐξορίζουσι φύσεως. ἄλλοι δὲ ἄλλως τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀπολέσαντες καὶ τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσιν ἀκολουθῆσαι μὴ βουληθέντες πόρρω που τῆς ἀληθείας ἐγένοντο, καὶ οἱ μὲν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν γεγενημένην οἰκονομίαν παντελῶς ἀπηρνήσαντο, οἱ δὲ ὁμολογοῦσι μὲν ἐνανθρωπῆσαι τὸν θεὸν λόγον, σῶμα δὲ μόνον ἀνειληφέναι, οἱ δὲ ἔμψυχον μὲν καλοῦσι τὴν ληφθεῖσαν σάρκα, οὐ μὴν λογικὴν δὲ καὶ νοερὰν ἐν ταύτῃ γεγενῆσθαι ψυχήν, ἴσως τὴν οἰκείαν ἄνοιαν τούτου τεκμήριον ἔχοντες. ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν οὐδεμίαν ἴσμεν ἑτέραν ἢ τὴν λογικὴν καὶ ἀθάνα-
P 264 τον. καὶ ἄλλοι μὲν πάλιν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν διατέμνουσι,

modi captiosis utuntur ratiocinatibus, exemplumque propositum mala fide pervertentes inextricabilibus et exitum non habentibus sese insinuaverunt labyrinthis.

De his et eorum similibus impiis erroribus ita scribit Theodoretus. sunt quidem, inquit, nonnulli etiam nomine Christiani, qui palam veritatem oppugnant. horum alii id quod genitum non est, in tria partiuntur, in bonum malum et iustum. alii duo nunquam nata principia depingunt, invicem quam maxime contraria. alii, qui se impiis istis opinionibus adversari profitentur, aliam impietatis viam ingrediuntur: unigenitum enim dei verbum cum fateantur esse filium, tanquam factum creaturis annumerant, inque earum ordinem conditorem redigunt. sanctum quoque spiritum impio sermone divina exterminant natura. alii alio a recto itinere divertentes, dum vestigiis antegressorum insistere detrectant, longe a veritate aberraverunt. eorum nonnulli Christi in carne dispensationem pro nobis factam prorsus infitiantur. quidam verbum in carnem venisse fatentur ii quidem, sed ab eo tantum corpus fuisse assumptum contendunt. sunt qui carnem eam animatam fuisse concedant, sed animam mente praeditam fuisse negent, suae fortasse amentiae argumento adducti. nos vero nullam aliam hominis novimus animam quam ratione praeditam et immortalem. rursus alii unicum Christum in duos dissecant, contenduntque alium esse eum qui perfecto

καὶ ἕτερον μὲν εἶναι διατεινόμενοι τὸν ἐκ παρθένου τεχθέντα τελείως ἄνθρωπον, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, καὶ τὸν μὲν ὡς ἄνθρωπον ἰδίᾳ τιθέντες καὶ ἀνὰ μέρος, τὸν δὲ ὡς θεὸν φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ θεὸν ὀνομάζουσιν. ἄλλοι δὲ παρατετράφθαι φασὶ τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον εἰς ὀστέων καὶ νεύρων καὶ σαρκὸς φύσιν· ταῦτα πάντα δυσσεβῶς δογματίζοντες."

Τάκιτος ἐβασίλευσεν ἔτη β'. οὗτος Μαξιμῖνον συγγενῆ αὐτοῦ ἐπέστησε τῇ Ἀσσυρίᾳ, ὃν διὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενομένης ἀδικίας ἀνελόντες οἱ στρατιῶται, εἶτα φοβηθέντες μὴ ἐκδικήσῃ αὐτὸν ὁ Τάκιτος, ἀπέκτειναν καὶ αὐτὸν ὑποθήκῃ Φλωριανοῦ. B

Πρόβος καὶ Φλωριανὸς ἐβασίλευσαν ἔτη δύο μῆνας δ'. οὗτος ὁ Πρόβος παράφρονα ἑαυτὸν ποιήσας ἀνεῖλε τὸν Φλωριανόν. ἐπὶ αὐτοῦ βροχῆς γεγονυίας σῖτος μεμιγμένος τῷ ὕδατι πολὺς κατηνέχθη, ὃν συναγαγόντες σωροὺς μεγάλους ἐποίησαν. ὡσαύτως καὶ ψεκάδας ἀργύρου κατενεχθῆναί φασι. Βικτωρῖνος δὲ φίλος τοῦ Πρόβου ᾔτησε φίλον αὐτοῦ ἄρχοντα γενέσθαι εἰς Βρεττανίαν· ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀντῆρεν. ὀνειδιζόμενος δὲ ὁ Βικτωρῖνος δι' αὐτὸν ἀπεστάλη παύσων τὴν ἀνταρσίαν. προσποιησάμενος δὲ ἀπὸ προσώπου φεύγειν τοῦ βασιλέως, ὡς φίλος τοῦ ἀντάραντος ἀπεδέχθη καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. ὑποστρέψας δέ, ὡς ἐξῄει τοῦ πλοίου, C λύσας τὴν ἑαυτοῦ ζώνην ἔρριψεν εἰς τὴν θάλασσαν καὶ εἰσῆλθε λυσίζωνος εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ ὠργίσθη, δοκῶν ὑφ' ἑτέρου αὐτὸν τοῦτο πεπονθέναι. Βικτωρῖνος δὲ ἔφη ὑφ' ἑαυτοῦ τοῦτο γε-

homo natus est ex virgine, alium verbum dei patris. atque illum quidem, utpote hominem, seorsim collocant, hunc natura deum et filium nominant. alii verbum in naturam ossium nervorum et carnis commutatum affirmant; quae omnes opiniones sunt impiae.

Tacitus imperavit annos 2. is Maximinum cognatum suum Assyriae praefecit. quem, quod iniuste multa ageret, milites trucidaverunt; metuentesque ne eam caedem Tacitus ulcisceretur, ipsum quoque Floriani suasu interfecerunt.

Probus et Florianus imperarunt annos 2 et trientem. Probus simulata insania Florianum interfecit. sub eo pluvia decidit in qua frumenti multum fuit aquae permixtum, magnique eius congesti sunt acervi. ferunt etiam guttis argenti pluisse. Victorinus porro amicus Probi apud eum pro suo quodam amico intercessit, ut is in Britanniam praefectus mitteretur. missus contra imperatorem seditionem movit. Victorino ea rebellio probro data, missusque est ad eam sedandam. simulans ergo se ab imperatore profugisse, receptus amici loco est a rebellionis auctore, eumque interfecit. reversus inde, cum exiret navi, zonam suam solvit ac in mare abiecit, et sine cinctu ad imperatorem ingressus est. imperator ab alio ita eum fuisse tractatum suspicans iratus est. Victorinus autem se ultro hoc fecisse dixit, rogavitque ne ulli posthac rei

*νέσθαι, αἰτησάμενος μηκέτι ἄρξαι πράγματος· ἀρχὴ γὰρ πᾶσα, ἔφη, μετὰ κινδύνων καὶ κλιμακτήρων. ὁ δὲ καὶ ἡσυχίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο καὶ δωρεὰς πολλὰς παρέσχεν. ἀπέκτεινε δὲ πάντας τοὺς ἀποκτείναντας Τάκιτον καὶ Αὐρηλιανόν, ἐν τῇ Περίνθῳ ἐπὶ ἑστίασιν αὐτὸν καλέσας. ἀνῃρέθη δὲ καὶ αὐτός.*

D *Κάρος καὶ Καρῖνος καὶ Νουμεριανὸς ἐβασίλευσαν ἔτη β΄. οὗτος ὁ Κάρος τὴν Περσίδα καὶ Κτησιφῶντα παρέλαβεν, τέταρτον τοῦτο πεπονθυίας, ὑπὸ Τραϊανοῦ, ὑπὸ Βήρου καὶ Σεβήρου καὶ Κάρου. τελευτήσαντος δὲ Κάρου ὑπὸ λοιμικῆς, καὶ Νουμεριανοῦ τυφλωθέντος, ἀνεῖλεν αὐτὸν Ἄπρος ὁ αὐτοῦ πενθερός, καὶ ἐβασίλευσε Νουμεριανὸς δοὺξ τυγχάνων Μυσίας. ἐπὶ αὐτοῦ ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ. τοῦτον ἀνεῖλε Διοκλητιανός.*

*Διοκλητιανὸς ἐβασίλευσεν ἔτη κβ΄, τῷ γένει Δαλμάτης. περιγενόμενος δὲ τῶν πραγμάτων προβάλλεται Μαξιμιανὸν Ἑρκούλιον, γαμβρὸν καὶ φίλον αὐτοῦ ὄντα· ὑφ' ὧν μέγας διωγμὸς κατὰ* P 265 *Χριστιανῶν ἐκινήθη. προσέταξαν γὰρ κατὰ πόλιν καὶ κατὰ χώραν τὰς μὲν Χριστοῦ ἐκκλησίας καταστρέφεσθαι καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς εὑρισκομένους ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσι. διὸ καὶ πολλοὶ τὸν τῆς ἀθλήσεως ἀνεδήσαντο στέφανον, ἐξ ὧν εἰσὶ Πέτρος Ἀλεξανδρείας καὶ Ἄνθιμος Νικομηδείας καὶ Προκόπιος καὶ Γεώργιος οἱ ἀοίδιμοι μάρτυρες. καὶ Σαββάτιος ὁ τὴν αἵρεσιν τῶν τεσσαρεσκαιδεκατι-*

praeficeretur, quod omnia imperia periculosa et certae perniciei obnoxia esset expertus. imperator et otium ei concessit et magnis muneribus donavit. omnes etiam Taciti atque Aureliani percussores necavit, Perinthi ad convivium invitatum. ipse quoque interfectus est.

Carus et Carinus et Numerianus imperaverunt annos 2. Carus Persidem et Ctesiphontem cepit, quartum tum captam: nam eam urbem et Traianus occupavit et Verus et Severus et Carus. Caro peste sublato, Numerianum oculis captum socer eius, Aper nomine, interfecit. et imperavit Numerianus dux Mysiae. sub eo b. Babylas Antiocheae martyr est factus. Numerianum Diocletianus interfecit.

Diocletianus imperavit annos 22, Dalmata. is imperio potitus Maximianum Herculeum, generum suum et amicum, Caesarem declaravit. his imperantibus ingens Christianorum persecutio fuit. nam per regiones atque urbes iusserunt Christi templa destrui, sacras quae penes ipsos essent scripturas comburi, et qui Christiani deprehenderentur, vi ad divinum daemonibus praestandum cultum adigi. ea de causa multi coronam sacri certaminis sunt adepti. quorum de numero sunt Petrus Alexandriae et Anthimus Nicomediae episcopi, et Procopius atque Georgius inclyti martyres. tunc etiam innotuit Sabbatius, is qui haeresin quattuordecimanorum confirmavit. eodem tempore sacra quaedam

